




Comptrol

8° 76160

**DUKE
UNIVERSITY
LIBRARY**

Treasure Room

Ab. 529. 280



Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
Duke University Libraries

RBL

D9

12 MID

Q9 DV

FRATRIS AMBROSII QVISTELLII
 Patauini theologi ex ordine fratrum Eremitarum
 D. Augustini & Paduę Sanctum I E S V C H R I
 S T I Euangelii publice profitentis aduersus fallaces
 huius mundi philosophos, De verbo Dei, non in
 sublimitate sermonis, nec inani scientia prædicatio
 libellus cum omnibus CHRISTI fidelibus,
 rû præcipue Diuini verbi prædicato-
 ribus appime vtilis, ac necessarius.
 Nunc primû in lucem prodiens.

ὅστις αὐτὸν πίη ἐκ τῆς ὕδατος, οὐ ἐπιπόσει.

Quicumq; biberit ex aqua, quâ ego da-



bo ei, non sicut in æternum.

ὅστις αὐτὸν πίη ἐκ τῆς ὕδατος, οὐ ἐπιπόσει.

Lucilii Beraldi Patauini ad lectorem.

Non causas rerum, & peragant vt sydera cursus:
 sed Christum lector hoc tibi monstrat opus.
 Eiusdem.

Hic poterit magni sedes penetrare Tonantis,
 Ambrosiam si quis hauserit Ambrosii.

Ioannis Francisci Sauonarolæ Patauini.
 Dogmata si veri curas cognoscere Christi,
 Hunc lege, te nullum distrahet inde sophos.

Exhibita Altempna.

Ioannis Baptistæ Bracteoli

Carmen ad Lectorem.

Cū varia infestum sequerent mōstra per orbē,
Nec quisq̄ horribili tutus ab hoste foret:
Ab Iouis Alcides dictari sanguine cretus
Affuit, & miseris attulit acer opem:
Hoc arte, hoc igni domitās, hoc roboꝝ clauē
Donec purgato est factus ab orbe Deus:
Sic pater Ambrosius Patauinae gloria gētis,
Inter eremitas portio magna patres,
Monstriferis totum cernens erroribus orbē
Aua de recto tramite lustra sequi,
Ius q̄ nouo, veteri q̄ ὁμοῦν mortale superno
Dogmate, plus hoies laudis habere Deo,
Nō facinus tantū Mystis ratus esse ferendum
Amplius, auxilium prōptus, opem q̄ tulit.
Obiiciens q̄ pium contra impia tela libellū
Hunc dedit, & plenum religionis opus,
Quod bene perlectū, si lance repēderis ἔqua,
Cum decus hoc vere dixeris Herculeum,
Tum præ Euāgelio, sacræ q̄ volumine legis
Omnia scita hominum duxeris esse nihil.
Primū igitur memori librū cōplectere mēte,
Quæ q̄ libens in eo cuncta doceris age,
Inde Antenoreæ Quistellion vrbis alumnū
Ambrosium magni numinis instar habe.

Lucilii Beraldi.

Si cupis iferni fremitū, & canis ora trifaucis,
Et fugere Eumenides, saxa, rotas, volucres,
Hunc lege, nec nostro credas pcedere sensū,
Ambrosio aspirat Iuppit. r ingenium.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO
patri, & Illustrissimo Principi, ac Domino
D. Francisco Pisano miseratione divina
S. R. E. tituli sancti Marci Diacono Car-
dinali, Ecclesiæ q̄ patauinae perpetuo admi-
nistratori, & Comiti Saccensi dignissimo,
frater Ambrosius Quistellius Patauinus or-
dinis fratrum Eremitarum D. Augustini S.



~~PAULVS~~ ~~PAULVS~~
I V V S P A V L V S
segregatus in Euan-
gelium Dei pater am-
plissime, cum cætero-
rum sanctorū in præ-
dicādo diligentiam
superaret, ne animi e-
latione supra modū
tolleretur, sed vires

suas in humilitatis gremio cōtineret, impie-
tatis pristinae memor, aliorum q̄ discipulo-
rum innocentiam cōtemplatus hunc in mo-
dum Corinthiis scripsit. Ego sum minimus
apostolorum, qui non sum dignus vocari
apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiā
Dei. Considerata enim hinc veteri sua mali-
tia. Inde condiscipulorum innocētia, vilis
facta est in oculis eius omnis, quam ꝑ eccle-
sia suscepit, cura, sollicitudo, & diligētia,

1. Cor. 15

se' q̄ aliquando fidei persecutorem fuisse ve-
hementer ingemiscebat . Huius ego pauli-
næ confessionis memor, & æmulus cum in
æde cathedrali Patauii superiori quadragesi-
ma tuę dominationis amplissimæ auspiciis
de more concionarer, non mundi philoso-
phos, sed IESVM CHRISTVM, & sa-
cro sanctum eius Euāgelium, vt par erat, mi-
hi prædicandum censui, id' q̄ eo ardentius
feci, q̄ superioribus annis memineram me
veræ theologiæ, ac christianæ professionis
oblitum nihil aliud, q̄ dialecticam, ac mun-
danam philosophiam docuisse adeo, ut An-
tichristum magis, q̄ Christum me prædicasse
animaduernerim . Quod profecto non sine
magno animi mœrore, & lachrymis possū
exprimere. Videor enim mihi æq̄, ac Paulo
videbatur, ecclesiam Dei persecutus: & infe-
lix in reprobū sensum fuisse traditus, quæ ad-
modum pleriq̄ theologi, & concionatores
huiusmodi scientiarum studia tanto ardore
complexi sunt, vt sanctam Iesu Christi fidem
ad vtrum, & in mordacem quādam conten-
tionem, ne furiosam debacchationem dicā,
traxisse videantur . Isti nimirum per inanem
philosophiam contra præceptum apostoli
animas hominū deprædant, Aristotelem q̄
& Platonem, & authores longe his prophæ-

niores, & magis impios in ore semper habent, & eorum opiniones, velut oracula, venerantur, & obstupescunt, & pro his ita digladiantur, vt pro tuendis eiusmodi deliramentis posse mortem oppetere videantur. Christum vero ineffabilem summi patris sapientiam, & salutiferum eius Euangelium, & illa sacrarum literarum studia, quæ maiores nostri vere christiani, non minus accurate, quàm reuerenter complectebantur, inepte simul, atq; impie negligunt, & velut contemnenda reiciunt. Quod si nostræ salutis Christum eum animum, id studium, eam reuerentiam præstaremus, quam Aristoteli, ceterisq; eius sectæ cultoribus solemus, terq; quaterq; felices essemus, & perbeati. Quod vt tandem facere animum inducamus, quid homini christiano fulminum causas, materiam primam, vacuum, & cetera id genus, vel nescire infelicitatis, vel scire felicitatis afferre potest? nihil prorsus. Christum vero, eiusq; sapientiam noscere æternam vitam perpetuamq; felicitatem homini tribuit: Eundem autem ignorare damnum irreparabile, & sempiternum animabus interitum parit. Valeant igitur isti cum suis philosophastris, & nos cum Paulo confiteamur nihil aliud scire, quàm Iesum Christum, & hunc crucifixum, & Euangeli-

cam eius doctrinam, nouum & admirabile
genus philosophiæ non ab India, aut Ægy-
pto, alius ue terrarum partibus, sed a summo
cælo delatum, quod certatim omnes cœ-
lestium spirituum chori venerantur, & co-
lunt. Hoc ego noui simul, & veteris instru-
menti ineffabile mysterium, & præcipue Euā-
gelium, qua Deus opt. Max. puritate largitus
est, & superiori quadragesima interpretatus
sum, & post hac: Dum memor ipse mei, dum
spiritus hos reget artus, interpretabor: Et vt
reliqui Theologiæ professores idem efficere
studeant, hunc libellum Christo Iesu Domi-
no nostro auspice componendum curauit.
Licet enim scioli quidam Christi potius quā
mei calumniatores ad hoc agendum me se-
pius stimularint, fateor tamen hoc magis
mei fuisse consilii opus edere, vt christianos
omnis ad hanc incomparabilem Iesu Chri-
sti philosophiam omnibus animi, & corpo-
ris viribus amplectēdam hortarer, quā vt
damnata illorum hæresi meipsum extolle-
rem. Quærenti autem cui potissimum has lu-
cubrationes, qualescunq; sunt, dicarem, tu
statim multis de causis pater amplissime pri-
mus omnium occurristi, quippe qui & more
sanctimonia, & excellenti doctrina, & singu-
lari in christianam religionem obseruantia,

vnus inter factos sanctos Cardinales existis, qui
pium Christi discipulum referas. Accedit, quod
cum alias semper, tū paucis ab hinc diebus
te diuini verbi obseruantissimum esse per-
spexi: Cum vt tuis ouibus Patauinis pruden-
ter, & opportune consuleres, Euangelium pu-
blice enarrandi mihi, quæ tua est benigni-
tas, officium demandasti. Quo factum est, vt
tuæ illud amplitudini iure obiici nequeat:
paruuli petierunt panem: & non erat, qui frā Tren. 4.
geret eis. O fortunatum igitur Christi popu-
lum, si tibi tales vbiq; pastores habere con-
tingat, quibus Christi gloria, & salus anima-
rum sit cordi, Et qui esurientes Christi oues
sibi commissas cœlesti pane, & verbo, quod
de ore Dei procedit, & pascere, & nutrire
contendant. Nihil enim est, quod expressius
Christum, ac verius representet, quàm in san-
ctæ, & Euangelicæ literæ. In his expressa vi-
uit nostri Redemptoris efigies, & vera Dei
imago. In his, & in cœlis, idest Apostoli-
cis scripturis posuit latibulum suum, Et vit
beatus dicitur, qui die, & nocte non in
philosophorum libris, sed in lege Domini
meditat. Hinc Mosi facies glorificata fuisse
legitur ex sermonis Dei consortio, non ina-
ni philosophorum colloquio, Sed vt no-
stra tandem ad id, quod instat, oratio re-

deat, primum ego nominis tui obseruantis-
simus. Quem honore iandiu expetito di-
gnatus es. Deinde vniuersa tua hæc ciuitas
Patauina pro tanto in se collato à tua ampli-
tudine beneficio, non quantas debet, sed
quantas potest eidem gratias, & agit, & ha-
bet: eamq; scito tuæ Reuerendissimæ Do-
minationi antea deuinctam hoc euangelicæ
lectionis munere multo factam esse deuin-
ctiorem. Ego, quod ad me attinet, ne homi-
ni imperito, & prorsus diuinæ legis ignaro
tantum delegasse officium videare, omni
cura, studio, labore domino adiuuante con-
tendam. Tu pater amplissime libellum hunc
nostrum, qui in sinum se tuum venerabun-
dus recipit, vt tuo munitus præsidio tutius
in hominum manus perueniat, & hilari vul-
tu accipe, & acceptum ea mentis serenitate
perlege, vt tua autoritate ab aduersario-
rum calumniis defenso me talem esse con-
tendas, vt quam per te in prædicando existi-
mationem adeptus videor, eam tuis quoq;
auspicijs & tueri, & augere cum laude pos-
sim. Vale præsidium, ac dulce decus meum.

Index eorum, quæ in hoc
libello continentur .

- ¶** Capitulum primum, in quo authoris in-
rentio ponitur. car. i.
- ¶** Capitulum secundum, in quo ponuntur
authoritates ex Matthæo desumptæ. 2.
- ¶** Capitulum tertium, in quo ponuntur au-
thoritates ex euangelio Marci & Lucæ de-
cerptæ. 5.
- ¶** Capitulum quartum, in quo ponuntur au-
thoritates ex euangelio Ioan. excerptæ. 7.
- ¶** Capitulum quintum, in quo Ioan. Bapti-
stæ testimonium adducitur. 15.
- ¶** Capitulum sextum, in quo ponuntur Pau-
li testimonia ex eius epistolis ad Rom. & ad
Corinth. missis decerpta. 16.
- ¶** Capitulum septimū, in quo eiusdem Pau-
li testimonia ex aliis eius epistolis assumpta
ponuntur. 21.
- ¶** Capitulum octauum, in quo adducuntur
testimonia & aliorum Apostolorum in cæ-
teris libris novi testamenti contenta. 28.
- ¶** Capitulum nonum, in quo ponuntur te-
stimonia assumpta, ex libris legis, propheta-
rum, & psalmodum. 31.
- ¶** Capitulum decimum, in quo ostenditur,

quod quicquid boni philosophi gentium
dixerint, hausisse eos e' sacris literis veteris
testamenti. 38.

Capitulum vndecimum, in quo ponun-
tur authoritates diuorú Dionysii: Ignatii q̄,
& Polycarpi. 45.

Capitulum duodecimum, in quo ponun-
tur authoritates Origenis, Eusebii q̄ Cæsa-
riensis. 47.

Capitulum tertiumdecimum, in quo Gre-
gorii Nazianzeni Ioan. q̄ Chrysol. & Casia-
ni, necnon & Theophilacti ponuntur testi-
monia. 51.

Capitulum quartumdecimum, in quo La-
ctantii Firmiani authoritates ponuntur. 58.

Capitulum quintumdecimum, in quo po-
nuntur authoritates diuorum episcoporum
Cypriani scilicet & Ambrosii. 63.

Capitulum sextumdecimum, in quo diui
Aurelii Augustini episcopi Hypponen. au-
thoritates ponuntur. 68.

Capitulum decimumseptimum, in quo
diui Hieronymi, & Gregorii ponuntur au-
thoritates. 73.

Capitulum decimú octauum, in quo Phi-
lastri, Bernardi, Anselmi, diui q̄ Francisci, &
Ruperti, necnon Hugonis, & Bedæ testi-
monia ponuntur. 80.

Capitulum decimumnonū, in quo scho-
lasticorum ponuntur authoritates, videli-
cet, Magistri sententiarum, Alexandri de
Ales, Alberti magni, Bonaventuræ, Tho-
mæ, Ioannis Scoti, Ioannis Gersonis, Dio-
nyssii Carthusiensis, & Alphonsi Thostati. 88.

Capitulum vigesimum, in quo recentio-
rum quorundam ponuntur authoritates, vi-
delicet Claudii seiffelli, Iacobi Sadoleti,
Iacobi etiam Fabri, Erasmi q̄, & Ioan. Fran-
cisci Pici, Marci Maruli q̄ Spalatensis. 97.

Capitulum vigesimumprimum, in quo
Beati Simonis de Cassia authoritates po-
nuntur. 107.

Capitulum vltimum operis peroratio-
nem continens. 114.

The first part of the year was spent in the
study of the history of the country and
the habits of the people. The second part
was spent in the study of the natural
history of the country. The third part
was spent in the study of the political
history of the country. The fourth part
was spent in the study of the social
history of the country. The fifth part
was spent in the study of the economic
history of the country. The sixth part
was spent in the study of the religious
history of the country. The seventh part
was spent in the study of the literary
history of the country. The eighth part
was spent in the study of the scientific
history of the country. The ninth part
was spent in the study of the artistic
history of the country. The tenth part
was spent in the study of the philosophical
history of the country. The eleventh part
was spent in the study of the moral
history of the country. The twelfth part
was spent in the study of the legal
history of the country. The thirteenth part
was spent in the study of the medical
history of the country. The fourteenth part
was spent in the study of the military
history of the country. The fifteenth part
was spent in the study of the naval
history of the country. The sixteenth part
was spent in the study of the diplomatic
history of the country. The seventeenth part
was spent in the study of the international
history of the country. The eighteenth part
was spent in the study of the world
history of the country. The nineteenth part
was spent in the study of the human
history of the country. The twentieth part
was spent in the study of the universal
history of the country.

The first part of the year was spent in the
study of the history of the country and
the habits of the people. The second part
was spent in the study of the natural
history of the country. The third part
was spent in the study of the political
history of the country. The fourth part
was spent in the study of the social
history of the country. The fifth part
was spent in the study of the economic
history of the country. The sixth part
was spent in the study of the religious
history of the country. The seventh part
was spent in the study of the literary
history of the country. The eighth part
was spent in the study of the scientific
history of the country. The ninth part
was spent in the study of the artistic
history of the country. The tenth part
was spent in the study of the philosophical
history of the country. The eleventh part
was spent in the study of the moral
history of the country. The twelfth part
was spent in the study of the legal
history of the country. The thirteenth part
was spent in the study of the medical
history of the country. The fourteenth part
was spent in the study of the military
history of the country. The fifteenth part
was spent in the study of the naval
history of the country. The sixteenth part
was spent in the study of the diplomatic
history of the country. The seventeenth part
was spent in the study of the international
history of the country. The eighteenth part
was spent in the study of the world
history of the country. The nineteenth part
was spent in the study of the human
history of the country. The twentieth part
was spent in the study of the universal
history of the country.



T

FRATRIS AMBROSII QVISTELLI,
 Patauini Theologi, ex ordine fratrum Eremitarū
 D. Augustini & Paduæ Sanctū IESV CHRISTI
 Euangeliū publicē profitentis aduersus fallaces hu-
 ius mundi philosophos, De verbo Dei, non in sub-
 limitate sermonis, nec inani scientia prædicando,
 libellus cum omnibus Christi fidelibus, tum
 præcipue Diuini verbi prædicatoribus appri-
 me utilis, ac necessarius Incipit.

¶ Capitulū primū, in quo authoris intentio ponit̃.



VMIN MINISTE-
 rio mihi demandato, qua-
 dragesima proxime præterita,
 in vrbe Patauinæ cathedra-
 li templo, paruulis esurienti-
 bus panem scripturarum san-
 ctarum cotidianum frange-
 rem, Deiq; testimoniū Chri-
 sti populo annunciarem: ni-
 hil aliud quàm I E S V M

CH R I S T V M, & hunc crucifixum cum Paulo
 veritatis prædicatore, me scire semper professus sum.
 Hic vere est præcipuus theologorum scopus: Hæc
 est (vt aiunt) prora & puppis, sapienter scilicet enar-
 rare diuinas literas, de fide, de euangelio, non de
 friuolis quæstionibus rationem reddere. Verus quis-
 dem euangelii præco, verus christianus nõ nisi Chri-
 stum confitetur, qui finis legis est ad iustitiam omni Rom.
 credenti, qui lapis est olim, & nunc ab ædificatibus cap.
 reiectus, & præsertim ab illis, qui bonã vitæ suæ par-
 tem in Auerroë, ac Aristotele cæterisq; huius mudi
 sapientibus posuerunt. Propterea sæpissime mihi
 dicere contigit parum decere prædicatorem christia-

C A P. I

num, mundanam sapientiam profiteri, quæ hōmīnum mentes a veritate I E S V C H R I S T I maxime distrahit. Detestabatq; eos, qui euangelii puritatem stomachantes, Platonis, vel Aristotelis, Demosthenis, seu Ciceronis, Homeri, aut Vergilii, cæterorumq; similium philosophia freti Christum nitido, ac de aurato amictu spoliantes vili eum, ac sordido humanarum scientiarum indumento, non sine magno christianæ reipub. dedecore impiissime vestiunt. Ignari profus, quàm immaniter huiusmodi sapientia fidelium mentes feriat, atq; pungat. Quæ enim societas luci cum tenebris? aut C H R I S T O cum belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? aut templo Dei cum Idolis? Ideo longe abesse exclamabam, vt C H R I S T I veram cognitionem conferamus philosophicis disputationibus, quæ mentes hominum non illustrent, sed obscurant magis, & euanescere faciunt in cogitationibus suis. Hanc itaque veram I E S V C H R I S T I doctrinam quidam superciliosi qui relicto verbo Dei, ad gentiles philosophos, & humanas traditiones, ita sese conuertunt, vt obstinate asseuerare uon timeant, sine Aristotelis doctrina (qui eam vel solam philosophiam dicunt) sacram scripturam intelligi nō posse. Et eruditissimos quosq; theologos, qui Aristoteli & humanis rationibus addicti non fuerint, sacras literas ignorare, quiq; magis sequuntur ea, quæ ratio humana capit, q̄ quæ paracletus spiritus veritatis docet. Quibus quoq; & iis, qui pereunt sermo crucis stultitia est, æquo animo ferre non valentes me corā doctissimis, ac religiosissimis viris ignorantia crimine damnare voluerunt. Et vt sapientes illi, Athenis ad prædicationem Pauli dixerunt. Quid sibi vult sper-

Secundę
cor. 6.

mologus iste? Sed nesciunt isti, & malim, ob simpli Act. c. 17
 cem Iesu Christi prædicationem, non modo igna-
 rus, sed etiã stultus haberi, atq; de me ipso illud Sa-
 lomonis profiteri. Stultissimus sum virorum, & sa- Prouerb-
 pientia hominum non est mecum, vt sapiens corã cap. 30.
 Deo inueniar, q̃ ab eis de vana mundi sapientia lau-
 dari, & apud diuinam sapientiã criminari. Quapro-
 pter vt qui sanam mentem a domino habent agno-
 scant, q̃ sapienter opus bonum operentur, qui sacras
 literas, & Christum theologum, non philosophum
 enunciant, prædicant, & q̃ temere isti de me Iudi-
 cium fecerint, atq; vt omnibus vere Iesu Christi cul-
 toribus constet, quæ de mundana philosophia pro-
 tuli, me recte dixisse, idcirco hunc libellum Deo
 optimo maximo bene iuuante, vobis, qui Iesum
 Christum in cordibus geritis, edendum putauì. In
 quo assero, dico, & exclamare non dubito, eos qui
 Platonis, vel Aristotelis ceterorumq; philosopho-
 rum, humanam sapientiam sectantur, concionato-
 res, stultitiam, inanem fallaciam, falsiq; nominis sciẽ-
 tiam prædicare. Et a patris cœlestis, eiusq; Christi
 Iesu, dilecti filii, apostolorum, orthodoxorum inter-
 pretum, veritate, atq; sententiã longe aberrare. Verũ
 antequã exordiar, hoc cum Fulgentio ab illo vero lib. pri.
 domino, ac magistro nostro postulare non desino, ad Moni-
 vt ea me, siue per eloquia scripturarum suarum, nium.
 seu per sermocinationem fratrum, cõdiscipulorũq;
 meorum, siue etiam per inspirationis suæ internam,
 suauioremq; doctrinam (vbi sine sonis sermonum,
 & sine elemētis literarũ, eo dulcius, quo secretius,
 veritas loquit̃) ea me docere dignet̃, quæ sic propo-
 nã, sic asseram, vt in propositionibus, atq; assertioni-
 bus meis veritati (quæ nec fallit, nec fallitur) semper
 inhæreã, semperq; obediens, cõsentiensq; reperiat.

C A P. I I

Quoniam vt veritati obedire, atq; consentire valeā, ipsa veritas illuminat, ipsa adiuuat, ipsa confirmat. Ab ipsa postulo doceri multo plura, quę nescio, à qua accepi pauca quę scio. Ipsam rogo, vt pręueniēte ac subsequēte misericordia, quęcūq; salubriter scienda, nescio, doceat me. In quibus vt homo fallor, corrigat me. In iis vero, quę vera noui, custodiat me, vt in cogitationibus, ac sermonibus meis, quod salubriter donat, inueniat. Et ea faciat de ore meo procedere, quę sint corā ipsa principaliter grata, Et sic fiant fidelibus cunctis accepta.

Capitulum II in quo ponuntur authoritates ex Matthęo desumptę.

EO ergo tempore, quo Christus saluator mūdi ante conspectum discipulorum trāsfiguratus futurę resurrectionis gloriam manifestauit, intonuit de coelo dominus, & altissimus dedit vocem suam dicens. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Vnum hunc doctorē nobis pater cęlestis creauit audiendum. De quo ad Moysē seruum suum fidissimū locutus dixit. Prophetam suscitabo eis, de medio fratrum suorū similem tui, & ponā verba mea in ore eius, loqueturq; ad eos omnia, quę pręcepero illi, qui autē verba eius, quę loquetur in nomine meo audire noluerit, ego vltor existam. De quo propheta Moyses etiam dixit. Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me suscitabit tibi dominus deus tuus, ipsum audies. Hic vere propheta, immo omnium prophetarum dominus & scopus temporibus nostris non acceptus in patria sua, veritatem, quam pręmissimus declarandam, pluribus in locis illustrauit, & manifestauit: Nam, vt habet in euāgelio Matthęi, de apo-

ps. 17.
Matt. 17
Deut. 18
Eodem cap.
Lucę 4.

stolis , & eorum successoribus inquit . Vos estis sal **Cap. 5.**
 terre, & si sal euauerit, in quo salietur? Ad nihilum
 valet ultra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab
 hominibus, sal sapientia: quę ad immortalitatem, &
 incorruptibilitatem tendit. Terra homines, euane-
 scentia, fatuitas, insipiditas, insipientia, missio foras,
 reprobatio, conculcatio ab hominibus, deputatio
 ad dęmonum cruciatus. Ergo illud perinde est, ac
 si dominus aperte illis dixisset. Vos qui non spiritũ **1. cor. 2.**
 huius mundi accipietis, sed spiritum, qui ex deo est, **Matthęi**
 & in quibus loquetur spiritus patris vestri, eritis sa- **cap. 10.**
 pientia hominum, qui in terra sunt. & si studio hu-
 manę sapientię euanescais, citantes Homerũ, Ver-
 gilium, Iuuenalem, Persium, Titũ Luuium, Strabo-
 nem, Varronem, Senecam, Ciceronem, Aristotelem
 & Platonem, vt stultorum hominum aures demul-
 ceatis, atq; pro euangelis, pro verbo dei, meras nu-
 gas, & humana verba crepantes, prædicantes euan-
 gelium nouum, adulterantes verbum dei, infatue-
 mini, & insipidi efficiemini, (vere enim insipidos
 eos dicere possumus, qui Christi sapientiam, cum
 mundana philosophia inuoluunt, atq; declamant)
 Quis mundum sapientia condiet? Quis eũ reddet
 aptum ad vitę immortalitatem, & incorruptibilita-
 tem? Ad nihilum ultra valebitis, nisi vt reprobemini
 ni, & tormentis depretemini ęternis. Et alibi in eodẽ **Cap. 6.**
 Matthęi euangelio, hic idem propheta & doctor
 nos docet, Ne nobis thesauros in terra, sed in cęlo
 recondamus. Et vt primum quęramus regnum dei
 & iustitiam eius. A similitat quoq; omnem, qui audit
 ex ipso (non ex mundi sapientibus) sermones suos, **Cap. 7.**
 & facit eos, viro prudenti, qui ędificauit domum
 suam supra petram. Et descēdit imber, & uenerunt
 flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum

C A P. I I

illam, & non est prostrata. Et cum circuitet idem do-
 ctor ciuitates omnes, ac vicos Iudæorum, docens
 in synagogis eorum, nihil annunciabat, nihilq; præ-
 dicabat, nisi euangelium regni, & resipiscentiam a
 peccatis. Neq; hominum quenquam aliquid, quod
 mundanam sapientiã redoleret, legimus docuisse.
 Qui etiã respondens certo quodã tempore discipu-
 lis suis dicebat. Cõfiteor tibi pater dñe cœli, & ter-
 ræ, quia abscondisti hæc a sapiētibus, & prudentib⁹,
 & reuelasti ea paruulis. Ita pater qm̄ sic placitū fuit
 ante te: oĩa mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo
 nouit filiū nisi pater, neq; patrē quis nouit nisi filius.
 Et cui voluerit filius reuelare, Venite ad me oēs,
 q̄ laboratis, & onerati estis. Et ego reficiã vos. Tolli-
 te iugū meum super vos. Et discite à me, quia mitis
 sum, & humilis corde. Et inuenietis requiē animab⁹
 vestris, iugū enim meū suaue est, & onus meū leue.
 Ecce cõfiteatur doct̄or noster, & gratias agit deo p̄ri
 suo, & n̄ro, q̄ diuina mysteria, & virtutes diuinamq;
 sapientiã voluit occultare à phis (q̄ modo sapiētes
 p̄pter diuinarū, prudentes vero propter humanarū
 rerum notitiã à vulgaribus reputantur, De quibus
 per Esaiam dominus dixit, peribit sapientia à sapien-
 tibus eius, & intellectus prudētium eius abscondet)
 Et ea manifestare humilibus, Et iis qui nihil de se
 sentiunt, sed omnia deo tribuūt, id quod etiam fa-
 ctum est non eorum bonitate, sed solum patris be-
 neplacito, Et hæc diuina sapientia est nosse (inquã)
 omnia tradita esse Christo à patre, & neminē nosse
 filium nisi patrem, neq; patrem nisi filium. Et eum,
 cui filius (non philosophus humanus) illud .i. siue
 sui, siue patris cognitionem voluerit reuelare: Et cū
 eos, qui laborant ignorantia doctrinæ dei, qui one-
 rantur peccatis, & premuntur traditionibus, & do-

Cap. 4.
& 9.

Matthæi
cap. 11.

Cap. 29.

trinis humanis, ad se vocat, vt sua gratia, suaq; misericordia, peccata condonando, ac remittendo. Et insuper doctrina vitæ æternæ (quod est euangeliū regni & pacis) mentes eorum illustrando, ac noua lege, lege. s. gratiæ, & libertatis, iugum traditionum humanarum soluendo, reficiat. Venite (inquit) ad me omnes, qui laboratis &c. Vult nos ad se, non ad philosophos mundi accedere, quorum iugum suo pondere oneratos ad inferna deprimit. Iugum vero Christi sua leuitate, & cœlesti quadã agilitate refocillatos ad cœlum extollit. Et in parabolis loquens dicebat, simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, quem cum inuenit homo abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuersa, quæ habet, & emit agrum illum. Thesaurus iste, in quo sunt thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi (vt inquit Hier.) aut dei verbum est, qui in carne Christi absconditur, aut sanctæ scripturæ, in quibus reposita est notitia saluatoris, quem cum quis in eis inuenerit, debet omnia huius mundi emolumenta contemnere, vt illum possit habere, quem reperit. Ambrosius quoq; super psalmo 118 id pertractans, simile est regnum cœlorū thesauro abscondito in agro &c. inquit, Vtiq; non aurum, non argentum, non pecunia comparari potest regno cœlorū, sed eloquia domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, quibus ipsum regnum acquiritur. hūc ergo thesaurum sapientiæ, & cognitionis absconditum in agro, in quo plantata sunt verba scripturarū cœlestium, cum inuenerit homo, abscondit illum in corde suo, nec diuulgat eum, sciens quia si diuulgauerit Babyloniis thesaurum dei, magnam offensam contrahet, vt dicatur ei sermone prophetico, **De semine tuo accipient, & facient spadones in do-**

Cap. III

Ser. 2.

Versu. 3.

C A P. I I

- Esaia 39** mo regis, per quę significatur, quia is, qui prōdiderit diuina mysteria, posteritatem animæ suæ, seminariumq; meritorum habere non possit. Caue ergo ne diuitias tuas perfidis prodas, Et si amicitiam simulant, non illis aperias interiora domus tuæ, non res thesauros regios, quos Babylonii scire non debent, ne veniant, & capiant posteros tuos, & seminarium virtutis abscindant. Hoc est, quod etiam in
- Matth. 7** euangelio dicit dominus. Nolite mittere margaritas vestras porcis: Ideo benefacit, qui abscondit eloquia domini in corde suo, sicut abscondebatur, propheta Dauid dicens, In corde meo abscondi eloquia tua, vt nō peccem tibi, Sicut Maria, quæ conseruabat omnia verba domini Iesu in corde suo: etenim si bonum est viro sermones suos abscondere, quanto magis sermonem dei, cordis nostri debemus operire atq; abscondere? Amplius alibi ostēdit dominus eos esse damnandos, qui diuinam sapientiam audire negligunt atq; contēnunt, dicens,
- Cap. 12.** Regina austri surget in Iudicio cū generatione ista; & condemnabit eam, quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis. Et ecce plusquā Salomon hic.
- Cap. 15:** Appellat eos quoq; omnes Hypocritas, qui ore, & labiis christianos se profitentes, sine causa doctrinas docent, & hominū precepta, affirmatq; ibidem omnem doctrinam, quę à deo non proficiscitur, eradicandam, dicens. Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Et de sapientibus mundanis subdit dicens, finite illos: cęci sunt, & duces cęcorū. Et alibi discipulos suos cauere monet à fermento Phariseorum, & Saduceorum, qui erāt apud Hebręos philosophi, nec minus quidem à fermento philosophorum gentilium. i. à sapientia eorum, quę re vera fermentum est, totam

massam purę conspersionis corrumpens . Et alió in loco inquit, Vnus est magister vester Christus à quo scilicet doceamini, & quem audiatis, qui etiam cum duodecim discipulos suos conuocasset, vt eos ad prædicandum mitteret, præcepit eis dicens . Euntes prædicate dicentes, quia appropinquabit regnum cœlorum. Iubet suos prædicatores prædicare, & more præconum promulgare, & annunciare, non de ideis, de Incorporeis, de atomis, de hyle, de materia, de forma, de vacuo, de infinito, de mundi cternitate, de vnitatem animę rationalis, de fato, de trãscendentibus, de introductione formarum, de materia cœli, an ex elementis sydera constent, an ex quinta essentia, quam Aristoteles introducit, deq; similibus; quę infanis hominibus opinandi, ac dubitandi, cõtendendiq; materiam præbent, sed qd appropinquabit regnum cœlorum regnum. s. Christi, & paternę miserationis. Talis fuit & Ioannis baptistę præcursoris Christi prædicatio. Talis quoq; & ipsius Christi. Et cum surrexisset à mortuis saluator, & doctor nostrer, priusquã cœlum conscenderet, dixit discipulis suis, euntes docete omnes gentes seruare omnia, quęcunq; mandauit vobis. Videre possumus & hic profecto nullam eum fecisse mūdancę philosophię, & traditionis mentionem.

Cap. 33.

Matthæi
cap. 3.Matthæi
cap. 4.Matthæi
cap. 23.

¶ Capítulum tertium, in quo ponuntur authoritates ex euangelio Marci & Lucę decerptæ.

Non desunt etiam apud alios euangelistas plurima Christi dicta seu facta propositam veritatem corroborantia. Marcus namq; refert in euangelio suo dixisse dominum discipulis suis.

Quemcunq; puduerit mei, ac meorum sermonum, in generatione hac adultera, & peccatrice, pudebit

Cap. 8.

- illius & filiūm hominis. Vbi venerit in gloria patris
 sui, cum angelis sanctis. Quem locum Augustinus
 in lib. cōtra Adimantū Manichæum citans legit in
 hūc modū, omnis, q̄ confusus fuerit p̄pter me, aut
 verba mea, in gente ista adultera, & peccatrice. Et fi-
 lius hominis confundet illum, cūm venerit in glo-
 ria patris sui, & laude sanctorū. Ad quam sententiā
 conformiter scripsit Lucas dicens. Nam qui me eru-
 buerit, & meos sermones, hunc filius hominis eru-
 bescet, cū venerit in maiestate sua, & patris, & sanctorū
 angelorū. Quis vero nesciat generationē adul-
 teram esse, quæ à Christi fide, & doctrina recedens,
 mundanæ sapientiæ adhæret? quæ ideo est pecca-
 trix, quia mandata patris, & Christi transgredi præ-
 sumit. Quencunq; igitur ex sapientibus huius mun-
 di, Et ex eorum sectatoribus, simplicitatis euangeli-
 cæ, & sermonum Christi p̄duerit, pudebit illius &
 filium hominis, cum venerit in sede maiestatis suæ
 cum patre, & spiritu sancto, & sanctis angelis iudi-
 care viuos, & mortuos. Ne ergo erubescant præ-
 dicatores Christum crucifixum, & sanctum eius euā-
 gelium celebrare. Sed potius toto corde, toto ani-
 mo, totisq; viribus amplectantur, cum Pau. apost.
 vere dicentes. Non erubesco euangelium, sintq;
 prompti, & quantum in ipsis est græcis, ac barbaris,
 sapientibus, & insipientibus euangelizare Iesum
 Christum, & hunc quidem crucifixum. Ut cum ille
 venerit in sede maiestatis suæ, cum patre, & spiritu
 sancto, & sanctis angelis iudicare viuos, & mortuos,
 ipse eos non erubescat, sed filiorum loco amplecta-
 tur inter sanctos angelos, & iustos, quem in mundo
 ipsi amplexi fuerint, inter impuros, & iniustos. Idē
 etiam Marcus refert dominum, postquā resurrexisset,
 & exprobrasset incredulitatem vndecim aposto-

Rom.
 pri. cap.

ſorum ſuorum, quia iis, qui viderant eum reſurre-
 xiſſe à mortuis, non crediderant, dixiſſe eis. Euntes
 in mundum vniuerſum, prædicare euangelium o-
 mni creaturæ. Qui Marcus etiam inquit. poſtquã
 traditus eſt Ioan. venit Ieſus in Galileam prædicãs
 euangelium regni Dei, & dicens quoniam impletũ
 eſt tempus, & appropinquabit regnum Dei. Pœni-
 temini & credite euangelio, ex præcepto ergo do-
 mini credere euangelio tenemur, & euãgelium præ-
 dicare debemus, non canere poemata, non narrare
 hiftorias, non auribus inculcare, quid dixerit Plato,
 quid Ariſtoteles, quid Cicero, quid Maro, non di-
 ſputare opiniones, nõ ea, quæ ſola fide creduntur,
 etiam mundanæ ſapientiæ ſyllogiſmis ſeſe demon-
 ſtrare præſumere, atq; de diuinis deploratis queſtio-
 nibus, cum mũdanis philoſophis philoſophari. Ac-
 cedit Lucas, apud quẽ a Chriſto laudat Maria, quæ,
 (Martha eius ſorore miniſtrãte) ſedens ſecus pedes
 domini, audiebat verbũ illius, & ſorori præfertur,
 dum ei a dño dicitur. Maria optimã partem elegit,
 quæ nõ auferet ab ea. Hic igitur Lucas refert dñm
 diſcipulis ſuis dixiſſe. Omnis ex vobis, qui nõ re-
 nunciat cibis, quæ poſidet, non põt meus eſſe di-
 ſcipulus. Qui dixit omnibus, nihil excludit, ſiquis
 igitur mundanus philoſophus humanæ (quam in-
 ſtatus poſidet) ſapientiæ non renunciauerit, impoſ-
 ſibile eſt eũ in diſcipulum Chriſti euadere. Et ſub-
 dit dominus ibidẽ, bonum eſt ſal, ſi autem ſal eua-
 nuent, in quo ſaliet? Neq; in terram, neq; in ſterqui-
 liniũ vtile eſt, ſed foras mittetur. Et excitans mentes
 noſtras ad perquirendũ ſuorum dictõrũ myſterium
 poſtea dicit, q̄ habet aures audiẽdi audiat, hoc eſt, q̄
 habet intellectũ intelligat, ſicut enĩ ſi ſal inſatuet .i.
 reddatur inſipidũ, nullius vltra erit vtilitatis, neq;

Cap. pri.

Cap. 16.

Cap. 14.

ad cōdiendum alia, neq; vt loco habeatur terrę, in qua quicquam seratur, neq; vt vicem simi obtineat, quo terra reddatur lætior, Sed foras proiciendus est. Ad hunc etiam modum, si in christiano prædicatore, diuinarum scripturarum sapientia, studio mundanę philosophię vanescat, neq; ad docendū alios vltra ille aptus est. neq; vt in se percipiat semina gratiarum, neq; vt alios præparet, & idoneos suscipiendis gratiis efficiat. Omnes itaq; fideles, (vt inquit Theophilatus) Sal sunt, ex diuinis sermonibus, & superna gratia, qualitatem suscipientes, non ex philosophorum huius mundi doctrinis, & viribus nostris, Et q̄ gratia sal sit, Audi (inquit Theophilatus) Paulum dicentē, sermo vester sit in gratia, *Colof. 4* salē conditus. Et ita si fuerit sermo *κρησις*, hoc est sine gratia insulsus dicitur. Igitur si diuinorū eloquiorum qualitatem contempserimus, & non susceperimus eam in nos, stulti, & intellectu carentes efficiamur, & profecto infatuatum est sal nostrū, si non habuerit supernę gratię qualitātē. Hęc ibi Theop. Et quis sensum nobis aperire possit, vt scripturas sanctas, quas nostro ingenio nequaquā intelligere valemus, intelligamus vtrum Christus sua gratia, an philosophus mundanus sua sapientia, In eiusdem Lucę euangelio declaratur, in quo ita legimus, q̄ euntibus duobus Christi discipulis in castellum nomine Emaus, ipse eis mentem aperuit, vt intelligerent scripturas: Incipiens .n. à Moysē & prophetis interpretatus est illis in omnibus scripturis, quę de ipso erant, Et cum apparuisset postea discipulis suis in coenaculo congregatis, & palpana eis membra sui corporis præbuisset, dixit eis, Hęc sunt verba, quę locutus sum ad uos: cum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia, quę scri-

Eodem
capitulo

pta sunt in lege Moyſi, & prophetis, & pſalmis de
 me, Et tunc (inquit Lucas) aperuit illis ſenſum, vt in
 telligerent ſcripturas. Hinc aperte colligere poſſu
 mus myſticas literas non intelligi, a quopiam, niſi
 deus aperiat ei mētem, i. intellectum eius illuminet,
 atq; illuſtret, & aperiat oculos cordis, vt quod ſcri
 ptum ſit legat, credat, & intelligat: non. n. intelligit,
 niſi qui credit. Dicente Eſaia. Niſi credideritis,
 non intelligetis, Et quid voluerit dominus per præ
 dicatores ſuos apud omnes gentes prædicari, ibidē
 ſubiunxit ipſe dicens, quoniam ſic ſcriptum eſt, &
 ſic oportebat Chriſtum pati, & reſurgere, à mortuis
 tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiã,
 & remiſſionem peccatorum in omnes gentes. Di
 ſcant igitur prædicatores prætermiſſis, atq; proſliga
 tis meris nugis mundanarum ſcientiarum non adul
 terare euangelium, Et regni dei prædicationem, Sed
 in nomine IESV Chriſti prædicare pœnitentiã
 ante actæ vitæ, & remiſſionem omnium peccatorū,
 quæ donatur omnibus per fidem euangelicam.

Cap. 7

¶ Capitulum IIII in quō ponuntur authoritates
 ex Euangelio Ioan. excerptæ.

Svblequit̃ poſtmodum Ioan. ille, qui cum ca
 put ſuū ſupra pectus IESV inclinabat, haurie
 bat profunda ſecreta ſapientiæ. Hic. n. vltimus o
 mnium ſcribens Euangelium, multa Chriſti testimo
 nia prædictam veritatem confirmantia adducit. Nā
 cum dominus Samaritæ mulieri (quæ gentium po
 pulum ſignificabat) dicebat, Si ſcires donum dei, &
 quis eſt, qui dicit tibi, da mihi bibere, Tu forſitan pe
 riſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam: Non ne
 Gentiles omnes inuitabat, vt contempta aqua Putei
 terreni. i. ſapientia humana, aquam viuam. i. ſapientiam

Cap. 4.

C A P. IIII.

tiam diuinam, ab ipso solo poscerent? Qui etiam in nouissimo die magno festiuitatis Tabernaculorum in templo stans clamabat dicēs. Siquis sitit, veniat ad me (non ad sapientes mundi) & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura (non qui suis syllogismis demonstrare præsumit) flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, quæ omnem hominis intellectū vere quietat, cum secus faciat aqua cisternarum dissipatarum. i. sapientia philosophorum huius mundi. Nā & prædictę mulieri Samaritę dixit saluator. Ois, qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternū, sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Quis enim nesciat mundanas scientias, quæ plus aloes (vt aiunt) q̄ mellis habent, quoniam plus erroris, quàm veritatis, plus suis authoribus digladiationis, q̄ quietis habet nullam intellectus humani sitim extinguere posse? Tãtum abest vt in ipsis vlla nostra felicitas, modo aliquo sit collocanda. Aquã autem illam viuam, quã pollicitus est dominus mulieri Samaritę, & ipsi prius concessit, quando ei dicenti, scio quia Messias venit, qui dicitur Christus, cum venerit ille annuntiabit nobis omnia, dixit dominus. Ego sum, qui loquor tecū, & ipsius mulieris conciuibus postea etiã dedit. Mansit enim ibi (vt inquit Ioan.) cum Samaritanis duos dies, & multo plures crediderunt in eum propter sermonem eius, & mulieri, quæ (vt diximus) gentium populum figurabat, dicebant, quia non propter tuam loquelam credimus. Ipsi enim audiuimus, & scimus, quia hic est vere saluator mundi. Et infra inquit dominus. Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit (non verba philosophorum huius mundi) & credit ei, qui misit me

Eodem
Cap. 4.

Cap. 5

(nōn Platoni, nōn Arist.) habet vitā ęternā, de qua alibi dicit, hęc est vita ęterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christū, & rursus dicebat dominus. Scrutamini scripturas, in quibus vos putatis vitam ęternam habere, & illę sunt quę testimonium perhibent de me, & non vultis venire ad me, vt vitam habeatis. Claritatem ab hominibus non accipio. Et quęrentibus Iudęis, quid nam facerent, vt operarentur opera Dei? respondit Iesus, & dixit eis, hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quem misit ille. Non dixit, vt credatis in Platonem vel Arist. & id genus. solus enim Christus est vitę panis verus, qui de cęlo descendit, & dat vitam mundo, ad quem solum, qui venit, non esuriet, & qui credit in ipsum, non sitiet in ęternū. qui etiam murmurantibus Iudęis dicebat. Nemo potest venire ad me (intelligendo verba mea, & credendo in me) nisi pater, qui misit me, traxerit eum, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Est scriptum in prophetis, & erunt omnes docibiles Dei, omnis, qui audiuit a patre (qui mouet corda eorum, qui veniunt ad me) & didicit (scilicet ab eo) venit ad me (idest ille verba mea intelligit, & in me credit) non quia patrem vidit quisquam, nisi is, qui est ab eo, hic vidit patrem. Confundantur igitur, & reuereantur isti superciliosi, nimiumq; superbi, qui Pelagianę elationis adiutores, suis viribus nimium arrogant, dum affirmare non verentur Christum, eiusq; doctrinam, non posse à nobis perfecte intelligi, nisi duce cęcagentiū philosophia, Christus, qui solus vere docet inquit, nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum, & isti asserunt, nemo potest ad Christi doctrinam accedere, nisi eum du-

Cap. 17.

Eodem

cap. 5.

Nota.

Cap. 6.

Eodem
cap. 6.

Nota.

Esaie
cap. 26.

Nota.

C A P. IIII.

Xerit cæcus Arist. vel hæreticissimus Auerroës. Christus dicit. Omnis, qui audiuit à patre, & didicit, venit ad me, & isti perfricantes frontè asserere audent, quod nisi quis audierit à philosophis gentium, & didicerit ab eis, non potest sacras scripturas perfectè intelligere, qui quidem patrem non cognouerunt, cum nullus patrè viderit, nisi is, qui est à deo: Christus ait, Ego sum via, veritas, & vita, scriptura inquit. Omnis homo mendax: Viuat igitur Christus in nobis, veritas, & verax, & valeant mēdaces superciliosissimi cum principibus suis cæcis, & cæcorum ducibus. Quid. n. dicam adiutorium nobis ad intelligendas scripturas sint? Esse enim adiutorium possunt nemini, quando quidem nemo venit ad Christum nisi pater, qui misit Christum traxerit eum, & docuerit eum, & is à deo existens, ab ipso didicerit. De superciliosorum ergo principibus verificatur, quod in eodem Ioā. Euangelio, sequitur de Iudæis à Christo dictum, patres vestri manducauerunt manna in deserto & mortui sunt. leuissimum quidem cibum, super quo anima veri Christiani nauseant in huius mundi deserto, manducauerunt philosophi gentiū, quia siliquas porcorum comederunt, de quibus filius prodigus, à patre exulans, cupiebat ventrem suum implere, & nemo illi dabat. Siliquas nempe porcorum cibos, mundanas scientias interpretantur Ambrosius super Lucam, & Hieronymus ad Damasum papam scribens de filio prodigo, & frugi, nec non Augustinus in libro de doctrina Christiana, tertio, qui & in lib. secundo quæstionum Euangeliorum. Vbi, inquit, porci, immundi spiritus. Siliquæ, quib⁹ porcos pascebat, seculares doctrinæ sterili vanitate resonantes, quæ quidem doctrinæ seculares iuxta sanctissimos, & doctissimos prædictos patres,

Ioā. ca.

14.

ps. 115.

Eodem
cap.

Lucæ
cap. 15.

Eodem
cap.

Cap. 33.

patres, eibus sunt porcorum. i. Dēmoniorum, quem
 eibum philosophi gentiū. manducauerunt, & mor-
 tui sunt morte ignorantiae, culpæq; & poenæ, sicut
 de eis scribens Pau. ad Rom. testatur. Verum Chri-
 stus atq; doctrina eius, panis est ille suauis, & verus
 de coelo (non de terra) descendens, vt si quis ex ipso
 manducauerit, non moriatur, sed (ab ignorantia, cul-
 pæq; & poena liberatus) viuat in æternū. Et pro ma-
 iori euidencia eorum, quæ dicta sunt, postea domi-
 nus inquit. Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei
 datum à patre meo, ad quem solum, & non ad sa-
 pientes mundi, q̄ nobis fit accedendum, ostendit
 ip̄i Simon Petrus, qui domino interroganti, & dicē-
 ti ad duodecim (abeuntibus retro cæteris eius dis-
 cipulis, & iam nō cum illo ambulantibus) nūquid
 & vos vultis abire? respondit, domine ad quē ibi-
 mus? Verba vitæ æternæ habes, & nos credimus,
 & cognouimus, q̄ tu es Christus filius Dei, sed quō
 id cognouit Petrus? Nunquid secularibus discipulis
 nis adiutus? minime, hoc quippe doctus Plato ne-
 sciuit, hoc Demosthenes eloquens ignorauit. Hoc
 deniq; nemo principum huius seculi cognouit. Di-
 cat igitur Iesus, proferat testimonium veritas, quo-
 nam modo cognouerit Petrus Iesum esse Christū
 filium Dei. Cum venisset olim Iesus in partes Cæsa-
 reæ Philippi, & interrogasset discipulos suos, quid
 de se (quisnam esset) sentirent homines? & illi recē-
 suissent, quosdam quidē hac opinione teneri, ipsam
 esse Ioan. Baptist. qui à mortuis surrexisset, quosdā
 autem esse Heliam, qui venisset, vti promissus erat
 per Malachiam. Alios vero esse Hieremiam, aut aliū
 quempiam è prophetis, quem ad illa miranda fa-
 cienda deus suscitasset. Mox vero dominus, quid
 de ipso sentirent, interrogauit dicēs. Vos autē quem

Cap. pri.

Ioan. 6.

Matt. 22.
16.

Cap. 4.

C A P. IIII

me esse dicitis? Petrus vnus pro omnibus veritatem, non opinionem respondit. Tu es Christus filius Dei viui. Respondens autem Iesus dixit ei. Beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus, qui est in caelis. Attēde quomodo id cognouerit Petrus, caro & sanguis (inquit dominus) nō reuelauit tibi: sed pater meus, qui est in caelis. .i. istam vocem non tibi suppeditauit affectus humanus, sed pater coelestis afflatu secreto suggessit animo. Nullus enim digne sentit de filio, nisi patris instinctu, qui solus nouit filium. Petrum traxit pater, & dedit ei, vt veniret ad filium, venit, & confessus est dicens. Tu es Christus filius Dei viui. Alio rursus in loco Ioan. Christum dixisse ad Iudæos refert. Ego sum lux mūdi, qui sequitur me, nō ambulat in tenebris, sed habebit lumē vitæ, à qua luce illuminatus Ioan. dixit in exordio sui Euangelii. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, quæ lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. profitetur se Christus lucem mundi esse, non propheticā particularem, & paruum splendorem habentem, sed veram lucem totius mundi, nullius prouinciæ, vel partis orbis terminis circumscriptam, quam stulta corda philosophorum adhuc capere non possunt, sua superbia aggrauata, ob quam, tenebræ factæ sunt: & assimulantur Papilioni ignaui, & inhonorato, qui viribus suis innitens, dum nimium accedit ad lucem lucernæ accensæ, impingit in eam, & comburitur. & dicebat Iesus ad eos, qui credebant ei, Iudæos. Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Maneant igitur in sermone Christi prædicatores, si vere discipuli eius esse velint,

Matth.
cap. 11.
Cap. 8.

Eodem
cap. 8.

& veritatē cognoscere, quam aliis ipsi prædicent, & sic veritate cognita liberi efficiant. Doctrinæ ergo philosophorū, & huius mundi sapientū, quia abdicant nos à discipulatu Christi, & diaboli, atq; peccatorū seruos nos faciunt, à nobis merito excludendæ sunt, si veri discipuli Christi, veriq; eius prædicatores esse optamus. Quos nempe **C H R I S T I** sermones soli illi audire, atq; aliis prædicare recusant, qui ex Deo non sunt, ita domino attestante. Qui ex Deo est, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Et paulo ante dixerat dominus, quia non potestis audire sermonem meum, vos ex patre diabolo estis. Vere ex patre diabolo se esse ostendunt illi, qui non audiunt nisi mendaces philosophos gentium, aut pudorē abiicientes asserunt nos **C H R I S T I** sermones, non nisi præuia philosophorum doctrina, posse intelligere. Et alibi in eodem euangelio, inquit dominus. Qui non intrat per ostium in ouile, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro. Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur. vbi etiam docet se esse pastorem verum, qui proprias oues vocat nominatim, & educit, cuiusq; vocem sciunt oues, & sequuntur eum, & dicit, alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum. si ergo prædicatores, vere sunt ex ouibus **C H R I S T I**, vocem Christi audiant, Christum sequantur, per ipsum, ipsiusq; doctrinam intrent, & auditores suos ingredi faciant, alienos. i. sapientes huius mundi dimittant, eorūq; voces nō audiant: ita nēpe erunt & ipsi pastores sub pastore, immo vnus cū illo pastor. quod si aliūde, quàm per ostiū Christi ingredi velint. i. si voluerint humanis scientiis verbum Dei adulterare, fures sunt dicendi

Eodem
cap. 8.

Cap. 10.

Nota.

C A P. IIII

Eodem & latrones. Fur autem (vt inquit dominus) non ve-
cap. nit nisi vt furetur, mactet, & perdat. Nam profecto
 qui in ouile ouium intrat aliunde (.i. qui docendo
 rum diuinorum suscipit officium in ecclesia, que est
 fidelis populi cōgregatio, cui scientia Dei ministra-
 tur, & oues dicitur) in alieno dogmate, & non per
 Christum, qui est ostium (.i. dimisso dogmate Chri-
 sti) ille fur est, & latro, quia per alienam doctrinam
 animas furatur, ac furto subtrahit Deo &c. Quid
 his clarius desyderamus? Hunc locum enarrans
 Augustinus, hæc inquit, fuerunt quidam philosophi
 de virtutibus, & vitiis subtilia multa tractantes, diui-
 dentes, diffinientes, ratiocinationes acutissimas cō-
 cludentes, libros implentes, suam sapientiam buccis
 crepantibus ventilantes, qui etiam dicere auderent
 hominibus, nos sequimini, sectam nostram tenete, si
 vultis beate viuere, sed non intrabant per ostiū, per-
 dere volebant, mactare, & occidere. Absit igitur a
 nobis, vt putemus philosophos gentium nobis ne-
 cessarios esse ad perfectam Christi intelligentiā, qui
 tenebrosa sua ratione, Christum, qui veritas est, ne-
 scientes, contraria eius doctrinæ semper docuerūt,
 & innitentes naturali lumini fatua dixerunt. Nam
Matth. 6 Christus dicit. Coelum & terra transibunt, ipsi vero
cap. 24. affirmant mundum æternum, neq; consumationem
Matth. 6 habiturum. Ipsi dicunt Deum singularia hæc, ac sen-
 sibilia non intelligere neq; curare, & Christus do-
 cet nos. Cum ieiunamus, cū elemosynas facimus,
 cum oramus, hæc facere, vt tantum patri nostro vi-
 deamur, qui est in abscondito, & pater noster, qui
 videt in abscondito, reddet nobis. & dicit quod
Matt. 10 vnus ex passeribus duobus, qui asse veniunt, non
 cadet super terram sine patre nostro, apud quem
 etiam omnes capilli capitis nostri numerati sunt.

De substantiis quoq; separatis, quas ipsi intelligentias, nostri vero Angelos vocant, quidam eorū non excedere numerum denarium arbitrantur. Quidam vero eas dicūt esse quādraginta septem, alii plures, videlicet, quinquaginta quinq;. Nonnulli vero affirmant, eas numero tot esse, quot corpora coelestia, & Circuli Epicycli, & Ecentrici, huiusmodi corporib² naturaliter inexistentes. & Christus ait. An putas, quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquā duodecim legiones Angelorum? De anima quoq; non omnes idem dicunt. Arist. autem in iis libris, quos de anima inscripsit, affirmat ipsam esse Actum primum corporis phisici organici potentia vitam habentis. Contenduntq; miris modis inter se eius interpretes. Nam quidam eorum affirmant eam diffinitionem animæ rationali, & animabus plantarum, atq; brutorum æquiuoce conuenire. Alii vero secus arbitrantur. Sunt præterea, qui fateantur sciri posse, quid sit anima. sunt etiā qui dicant quid ipsa sit, à nobis penitus ignorari. Alii faciunt ipsam mortalem, alii vero immortalem statuunt, quidam iuxta corporum multitudinē, multiplicari asserunt animas. Alii verò eam vnicam ponunt in singulis, aliiq; de ipsa aliter opinantur. Sed Christus (quem pater vnicum, e coelis misit doctorem) animas esse substantias incorporeas, atq; immortales, & partes hominum .s. (vt aiunt) formales, in corporibus plurificatas, quæ pro diuersis munerib² Dei præmientur in coelo, & pro suis delictis puniantur in inferno, docet, dicens. Dico vobis ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neq; corpori vestro quid induamini. Non ne Anima plus est, quā esca, & corpus plusquā vestimentum? & rursus, nolite (inquit timere eos, qui occidunt corpus, animā

Matt. 26

Matth.
cap. 6.

Cap. 10.

C A P. IIII

- aatē nō possunt occidere , sed potius timete eū , qui potest & aiām , & corpus perdere in gehennam: & alibi dicit, factū est autē , vt moreret mendicus , & portaret ab Angelis in sinū Habrac , mortuus est autem diues , & sepultus est in inferno: & totū quidē quod ibi legit , manifestat plurificatas esse aiās , & ipsas esse substantias , & partes formales corporis , quę p̄ meritis , reatibusq; ipsarū , aut præmiant̄ post mortem hominū , aut puniunt̄: & alio in loco inqt , ponite ī cordibus vestris nō præmeditari quēadmodū respondeatis. Ego enim dabo vobis os , & sapiētīā , cui nō poterūt resistere , & cōtradicere oēs aduersarii vestri. Trademini autē à patribus , à fratribus , & cognatis , & amicis , & morte afficient ex vobis , & eritis odio omnib⁹ hoībus , p̄pter nomē meū , & capillus de capite vestro nō peribit: in patiētia vestra possidebitis aiās vestras. Saluator quoq; q̄ dixit , tristis est anima mea vsq; ad mortē , eandem animā à semetipso ponēs (iuxta quod dixerat , p̄pterea me diligit pater , q̄a ego pono aiām meā , & iterū sumam eā , nemo tollit eam à me , sed ego pono eā , à me ipso potestātē habeo ponendi eam , & potestatem habeo iterum sumendi eam) dixit , pater in manus tuas commendo spiritum meum. De felicitate quoq; & beatitudine , nullo pacto cum Christo conueniunt philosophi. Ipsorum enim quidam felices putant eos , qui voluptates sectantur: Christus vero inquit , Beati , quī nūc esuritis , quia saturabimini. Alii in fama , atq; amplitudine nominis beatitudinem collocarunt . Sed Christus dicit , beati eritis , cū vos oderint homines , & cum separauerint vos , & exprobrauerint , & eiecerint nomen vestrū tanquā malū propter filiū hominis , gaudete in illa die , & exultate , ecce enim merces vestra multa est in cœlo : & v̄x cum benedixerint
- Lucę ca. 16.
- Cap. 21.
- Matt. 16
Ioan. 10
- Lucę cap. 23.
- Lucę 6.
- Eodē c.
- Matth. 5

vobis omnes homines. Itē quidam in primigeniis, sanitate, lætitia, & indolentia felicitatem locant. & Christus inquit, beati, qui nunc fletis, quia ridebitis, & alibi beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Amplius quidam eorum in prudentia, & scientia humana, ac virtutibus moralibus, quæ re vera (vt Augustinus testatur pluribus in locis) non fuerunt virtutes, sed vitia in philosophis gentilibus: & Christus Eodē c.
 dicit, beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Rursus alii in diuitiis eam posuerunt, & Lucæ 6.
 Christus dicit, beati pauperes, quoniam vestrum est regnum Dei. & vœ vobis diuitibus, qui habetis cōsolationē vestrā. Et alibi facilius est Camelū per foramen acus transire, quā diuitem intrare in regnum cœlorū. Alii in bonis fortunæ, sed Christus inquit beati misericordes, quā ipsi misericordiā consequentur. Mat. 19.
 Alii in gloria belli, & subactiōe terrarū: sed Christus Cap. 5.
 dicit, beati pacifici, quā filii Dei vocabuntur. Eodē c.
 Alii in honore, & pōpa, sed Christus inquit, beati mites, quā ipsi possidebunt terrā. Alii in potentia, & victoria. Christus vero dicit, beati, qui persecutionē patiuntur ppter iustitiā, quā ipsorum est regnū cœlorum. Eodē c.
 Arist. vero sectatores postremā hoīs felicitatē esse docent, cū ipse eruditus in scholis humanis, pfectiōnem scientiarū humanarū (quas vocāt speculatiuas) adquisierit, & dñs in scripturis ait, beatus (nō quē docuerit phus mūdanus) sed quē tu (q es magister noster verus & solus) erudieris dñe, & de lege tua (Nō de mūdana philosophia) docueris eū: iuxta quod Ps. 93.
 Dauid petebat dicens, doce me iustificationes tuas. Ps. 118.
 Et alibi Dauid. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in ca- Ps. pri.
 thedra pestilentia non sedit: sed in lege Domini Ps. 39.
 volūtas eius, & in lege eius meditabit die ac nocte. Lucæ 11.

C A P. IIII

Item beatus vir, cuius est nomē domini spes eius,
 & nō respexit in vanitates, & insanias falsas. Et Chri-
 stus. Beati qui audiunt verbum Dei: & custodiunt il-
 lud. Christus quoq; inquit, sicut palmes non potest
 ferre fructum, nisi manserit in vite, sic & vos nisi in
 me manseritis. Ego sum vitis, & vos palmites: qui
 manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multū,
 quia sine me nihil potestis facere. Philosophi autē
 absolutam virtutem propriis viribus & assuetudine
 acquiri docent, Christus etiam omnem concupiscē-
 tiam peccatum esse docet, qui ait, omnis qui viderit
 mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchaz
 tus est eam in corde suo, etiam nolite (inquit) puta-
 re, quoniam veni soluere legem, aut prophetas, nō
 veni soluere legem, sed adimplere. Vbi interpretes
 sacri dicunt, Christum legem Moysis non soluisse
 quantum ad moralia: manet igitur præceptum legis
 (videlicet non concupisces) philosophi autem con-
 cupiscentias inter medias res numerant, quæ nec
 virtutis, nec vitii censentur: euadere autem virtus
 tes, si quis eis mediocriter afficiatur. Docet in super
 Christus nō esse mœchandū, vbi etiam (vt aiunt
 interpretes) speciem omnem carnalis turpitudinis,
 à suis fidelibus excludit, in quibus non nisi coniun-
 ctionem legitimam maritalem permittit. Sed (refe-
 rente Hieronymo super illud Esaiæ, & pueris alie-
 nis adhæserunt) intantum Græci & Romani hoc
 quōdam vitio laborauerunt, ut & clarissimi philo-
 sophorum Græciæ haberent publice concubinos: &
 Hadrianus philosophiæ artibus eruditus, Antinōū
 consecravit in Deum, Templumq; ei, ac victimas, &
 sacerdotes instituerit, & ex eo Aegypti ciuitas, ac re-
 gio nomen acceperit: inter scorta quoq; in fornicii-
 bus spectaculorum, pueri steterunt publice libidini

Matth. 5

Eodem
cap. 5

Matth. 5

Matth.
cap. 19.
cap. 20.

expōfiti, donec sub Constantino Imperatore Chri-
 ſti Euangelio coruſcante, & infidelitas vniuerſorū
 gentium, & turpitudō deleta eſt. ſ. Hieron. Ariſto.
 etiam, quem tanti faciūt, in ſuis politicis cenſens vti
 le eſſe Reipub. ne ſit plebeis hominibus numerōſa
 ſoboles, non ſolum approbat mulierū diuortia (con-
 tra Chriſti doctrinam) ne ſuperfluam patiantur mul-
 titudinem, ſed & legem, omni lege iuſta damnatā,
 probat, qua maſcula permittitur venus: Hic eſt ille
 Ariſt. cuius, vt aiūt, mores à Platone reprobari, Vn-
 de exortum illius in magiſtrum odium, & ingratitu-
 do, qui ſceletoſæ vitæ iudiciū veritus Athenis clā,
 raptimq; prōfugit, qui in benefactores ingratiffim⁹:
 etiam Alexandrū illū magnū, à quo ample magni-
 ficēq; ornatus extitit, quiq; illi vitā, corpus, animāq;
 credebat, ac patriam reſtituit, ſtygiæ aque veneno
 peremit, qui etiam de anima male ſentiens, locū gau-
 dii poſt mortem negauit: Qui veterum dicta fur-
 tus, malignēq; interpretatus, ingenii laudem furto,
 ac calūnia queſiuit, qui iam inueteratus dierum ma-
 lorum, ex ſcientiæ immoderata cupiditate, in rabiē
 verſus, ſibiipſi intulit necem, ipſis dæmonibus di-
 gnū factus ſacrificium, qui docuerunt illum ſcire,
 indigniſſimus profecto qui in Chriſtianorū Gymna-
 ſiis nominetur. Hunc talem, tanq̃ impium docto-
 rem ſibi elegerunt ſequēdum, audiendūq; nec nō
 interpretandum ſupercilioſi iſti, quem etiam diuis
 annumerarent, nec dubitarent aſſerere Ariſt. ſic fuiſ-
 ſe Chriſti præcurſorem in naturalibus, quemadmo-
 dum Ioan. Baptiſta in gratuitis. o prauas hominum
 mentes. Quid Cinædorum, & pædiconum detestan-
 da libidine pernicioſius, ſceleſtius uel excogitari po-
 teſt? hanc tamen magnus iſtorum ſupercilioſorum
 doctor probat Ariſt. quā ſulphure, & igne de cœlo

Mat. 19.

Gen. 19.

- Leuit. 2. misso puniuit Deus, quã Moyses legibus suis, & cru
 Cap. pri. delibus supplicis extirpandam censuit, ob quã in
 in auctẽ. dignationem omnipotentis Dei Romanis minatur
 vt nõ lu. apostolus. Et imperator in eos, qui hac detestanda
 xurientẽ libidine afficiuntur, iubet insurgere leges, & armari
 cõtra nai ura, & exquisitis pœnis, vltore gladio, pœnam irro
 turã col. gari capitalem, sed hodie igne cremantur. Christus
 sexta. amplius, inquit, diligite inimicos vestros, & benefa
 Matth. 5 cite iis, qui vos oderunt, & orate pro persecutis
 bus, & calumniantibus vos: & si quis percusserit te
 in dexteram maxillam tuam, præbe ei & alteram, &
 ei, qui vult tecum in iudicio cõtendere, & tunicam
 tuam tollere, dimitte ei & palium, & quicumq; te
 angariauerit mille passus, vade cū illo & alia duo,
 qui autem petit à te, da ei: & volentibus mutuare à
 te, ne auertaris. Philosophi autem, econtra docent,
 non enim nisi benefactoribus benefaciendum esse
 affirmant. Cæterum quod liceat irasci, odisse contẽ
 Mar. Tu. dere, belligerare docent. Vnde vnus eorum dixit.
 in offic. primum munus iustitiæ esse, necui quis noceat, nisi
 laceffit iniuria. Christus (quod in primis dicendũ
 Matth. 4 fuerat) inquit. Dominum deum tuũ adorabis, & illi
 soli serues, vnum nobis significans deum tantum
 colendum, atq; adorandum, secundũ quod in lege
 dominus dicit. Audi Israel dominus deus vester,
 Deut. 6. deus vnus est. Et rursus, videte q̃ ego sim solus, &
 & 32. non sit alius deus præter me. Et alibi quoq; Samari
 Ioan. 4. tanam mulierem instruens Christus inquit: spiritus
 est deus, & eos, qui adorant eum, in spiritu, & verita
 Rom. 1. te oportet adorare. Philosophi vero, aut deũ in du
 bium vocauerunt, aut exclusērũt. & si qui eorũ puta
 uerunt deũ esse, aut corporeũ illum fecerunt, aut nõ
 vnũ tantum: & vt inquit Paulus, nõ sicut deũ glori
 ficauerunt, aut gratias ei egerunt, sed (vt idem ait)

euauerūt in cogitationibus suis, & obscuratum est
 insipiens cor eorum, dicentes enim se esse sapiētes,
 stulti facti sunt, & mutauerunt gloriam incorruptibi-
 lis dei, in similitudinē imaginis corruptibilis homi-
 nis & volucrum, & quadrupedum, & serpentū. Com-
 mutauerunt quoq; veritatem dei in mendacium, &
 seruiuerunt creaturæ, potius, q̄ creatori, qui est bene-
 dictus in secula amen. propterea tradidit illos deus
 in passiones ignominie. Nam scēminē eorum immu-
 tauerunt naturalem vsum, in eum vsum, qui est con-
 tra naturam. Similiter autem & masculi, relicto natu-
 rali vfu scēminæ, exarserunt in desideriis suis inuicē
 masculi in masculos turpitudinem operantes, &
 mercedem, quam oportuit erroris sui in semetipsos
 recipientes. Et (ne omnes, & singulos philosopho-
 rum errores hoc in loco sugillemus) ii tandē sunt,
 qui non intrantes per ostium, fures profecto, & la-
 trones nobis cum suo libero arbitrio, ac recte ra-
 tionis dictamine, atq; naturali lumine, pelagianos
 hæreticos dedere, immo & omnes hæreticos no-
 bis peperere. Vnde eos patriarchas hæreticorum,
 nō dubitauit appellare Hieronymus, aduersus Pel-
 lagianos scribens ad Cthesiphantem, vbi dicit,
 pulchre quidam nostrorum ait. Philosophi pa-
 triarchæ hæreticorum, ecclesiæ puritatem, peruer-
 sa maculauere doctrina: vt nesciant illud dictum
 de humana fragilitate. Quid gloriæ terra & cinis?
 Omnes quoq; hæreticorum, & gentilium philoso-
 phorum quæstiones eadē sunt (vt idem Hierony-
 mus attestatur super Osee prophetā) quia nō scriptu-
 rarum authoritatē, sed humanæ rationis sensum se-
 quuntur, & infra super eundē prophetam dicit, Nul-
 lus pōt hæresim struere, nisi qui ardentis ingenii est,
 & habet dona naturæ, q̄ à Deo artifice sunt creata.

Nota .

Cap. 7.

Cap. 10.

C A P. IIII.

- Cap. 2.** Talis fuit Valentinus, talis Martion, quos doctissimos legimus, talis Bardenasses, cuius etiam philosophi admirantur ingenium, & super Sophoniam prophetam scribens inquit, vide hæreticos in dialectica sibi, & Rhetorica, & omnium sophismatum dogmatibus applaudentes contemnere ecclesie rusticitate.
- ps. 143.** Insuper narrans illud psal. (non est ruina maceræ, neq; transitus, neq; clamor in plateis eorum) inquit. difficile hæreticos inuenies imperitos, omnes enim magistri instructi sunt doctrina seculari, non habent rete apostolicum, sed catherulas dialecticas (non est ruina maceræ neq; transitus) si quando sunt in disputationibus, quando tecum coeperint disputare, sic verba eorum breuia sunt, sic artificii sermone conclusa, vt euadere tibi difficile sit. Cum enim te ligauerint syllogismis suis, & te clauerint, & quasi maceriam syllogismum tibi texuerint, & edificauerint, non potest corruere, non potest transire, teneris inclusus, non est ruina maceræ, neq; transitus &c.
- Ioan. 14.** Sed reuertamur ad Euangelium Ioan. vnde digressi sumus, in eo quoq; saluator dicit, Ego sum via, veritas, & vita, nemo venit ad patrem nisi per me. Antea in eodem Euangelio dominus dixerat. Nemo potest venire ad me, nisi pater meus, qui misit me, traxerit eum: nunc vero inquit, nemo venit ad patrem, nisi per me. Confundantur prorsus superbi, qui volentibus ad Christum, & ad eius patrem accedere, arbitrantur necessarias esse philosophicas disciplinas. &
- Eodem cap. 14.** infra inquit, Si diligitis me, mandata mea seruate, & ego rogabo patrem, & alium paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum: vos autem cognoscetis eum, qui apud vos manebit, & in vobis erit. Non relinquã

Vos orphanos, veniam ad vos. Vt quid ergo veluti nos orphanos reliquerit dominus, putamus nos philosophorum huius mundi indigere suffragiis? Si nempe Christum dilexerimus, & mandata eius serauerimus, vere spiritum sanctum Consolatorem habebimus, quæ mundani philosophi, sensibus carnis, aut ratione humana vtentes sua scientia apprehendere non possunt, & hic consolator est spiritus veritatis, non autem falsitatis, cuiusmodi est philosophorum huius mundi spiritus, de quo Consolatore etiam dominus dicit; Paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia: & suggeret vobis omnia, quæcunq; dixerero vobis, seu dixerim vobis, & infra inquit. adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo: cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, non enim loquetur à semetipso, sed quæcunq; audiet, loquetur, & quæ vètura sunt, annūciabit vobis. Ecce Christus apperuit sensum discipulis suis, vt veteris testamenti scripturas intelligerent, spiritus vero sanctus docet eos omnia, omnemq; veritatem, & suggerit eis omnia, quæcunq; dixerit Christus in nouo testamento. Superfluunt igitur humanæ philosophiæ, secularesq; doctrinæ ad scripturarū intelligentiam, quinimmo sine fructu, ipsæ seculares doctrinæ acquiruntur, si sine scriptura sacra præuia, & duce acquirantur. Rabbi enim Daniel Kimhi in prologo super Iosue scribit, traditionem esse maiorum Hebræorum, vt primo discatur lex domini, & sacra scriptura, deinde, & non antea poterit cum fructu philosophia percipi, & allegat illud de vtero. Hæc est enim vestra sapientia & intellectus, coràm populis. Induantur igitur qui detrahunt mihi pudore, & operiatur sicut

Eodem
cap. 14.

Cap. 16.

Lucæ ca.
vltimo.

Cap. 4.
ps. 108.

diplouide cōfusione sua, ego verò confitebor dñō
nimis in ore meo, & in medio multorū laudabo eū.

¶ Cap. V. In quo Ioā. Baptiste testimoniū adducit.

Mirum profecto est cū tot diuina ex omnibus
quatuor Euangelistis sint testimonia, quibus
promoueantur dei prædicatores, profligatis sciētis
humanis, sacras scripturas sectari, præeligunt tamen
infani mundanam sapiētiam, pascimq; ad Christi do
ctrinam, ceu crassam, ac rudem dormitant, & cōcio
nis auribus inculcant, quid dixerit Pla. quid Arist.
quid Cicero, quid Vergilius, quorum infaniā (quod
pace proborū, & doctissimorum theologorū dixe
rim) nōnulli sectantes plaris faciunt, quid homines
dixerint, q̄ quid Christus per suos Euangelistas, apo
stolos, atq; doctores docuerit: de quorum numero
(vt relatum est mihi à fide dignis) fuit quidam, qui
tridenti in solenni quodam conuiuio, in quo aderāt
nobiles complures, ne enon doctissimi, ac religiosi
simi viri, in rabiem versus, canino ore, hanc bla
sphemiam protulit, se magis Ioan. Scoto velle crede
re, q̄ Euangelistis. huius sententiam stultissimam (si
non & impiissimam) maximis cachinnationibus, q̄
aderant in conuiuio, admirantes reiecerunt. Vt igit̄
magis huiusmodi infani homines confundantur,
post Christi testimonia Ioan. Baptiste, qui fuit ho
mo missus à deo, vt testimoniū perhiberet de lumi
ne, testimoniū subiiciam. Is enim est, de quo tā ma
gnum perhibuit testimoniū dominus, & doctor no
ster dicens. Amen dico vobis, inter natos mulierum
non surrexit maior Ioan. Baptista: & alibi, ille erat lu
cerna ardens, & lucens. Hic igitur Ioan. propheta, &
plusquā propheta (cū facta esset quæstio inter disci
pulos eius cum Iudæis de purificatione, discipulis

Ioan.
cap. pri.

Matth.
cap. xi.
Ioan.
cap. s.

eius ipsi Ioan. dicentibus. Rabbi, q̄ erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti. ecce hic baptizat: & oēs veniunt ad eum) Respōdit & dixit.

Non potest homo accipere quicquā, nisi fuerit ei datum de coelo. & iterū qui defursum venit, super omnes est, q̄ est de terra de terra est, de terra loquit̄, qui coelo venit super oēs est. Non pōt ergo homo accipere diuinā sapientiam, nisi fuerit ei datum de coelo, quia (vt inquit Salo.) dñs dat sapientiā, & ex ore eius prudentia & scientia: sapientiā enim veram solus deus largit̄ timenribus se, & orantibus, sacras literas inuestigantibus, & obedientibus verbo. Non discit̄ ab infidelibus, sed ex illius tantū verbis utilis, certa & necessaria sciētia. Beda. sapientia. i. dominus inuocandus est, ad accipiendū sapientiā, quia non à nobis ipsis haberi potest, sed à domino dat̄.

Taceat Pelagius ab apostolo redargutus, qui ait.

Quid habes, quod nō accepisti? & apostolus Iaco. Siquis vestrū indiget sapiētia, postulet à deo: doctrina etiā Christi, q̄ solus de coelo venit (eo dicente.

Vos de deorsum estis: ego de supernis sum, vos de hoc mūdo estis, ego nō sum de hoc mūdo) super oēs doctrinas est, neq; philosophus mūdanus, q̄ de terra est, & terrenus, q̄a parētib⁹ terrenis genitus est, pōt quicq̄ nisi terrena loqui, quòd si quis hō terrenus quid aliud, vt diuinum, & coeleste loquit̄, non ipse est, q̄ loquit̄, sed spiritus Dei, q̄ loquit̄ in eo. Nā cum in cōcilio aduersus Iesum cōgregato in hanc vocem prorupisset Caiphās, vos nescitis quicquā, nec cogitatis, quia expedit vobis, vt vnus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat, inquit Ioan. hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset Pontifex anni illius prophetauit: quia Iesus moriturus erat pro gēte, & non tantū pro gēte,

Eodem
Cap.

Prouerb.
cap. 2.

Primæ.
cor. 4.
Cap. 1.
Ioan.
cap. 8.

cap. 11.

C A P. V I

Primæ. sed vt filios Dei, qui erāt dispersi, congregaret in vñū,
 cor. 12. prophetia autem vnum est ex donis spiritus sancti,
 Matt. 7. quod etiam peccatoribus quandoq; cōmunicatur.

Capitalum sextum, in quo ponūtur Pauli testi-
 monia ex eius Epistolis ad Rom. & ad
 Corinth. missis decerpta.

Matt. 10. **S** Vbsequuntur apostolorum testimonia, de quib;
 bus Christus dixit. Non vos estis, qui loquimini,
 sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis, &
 in primis quidem Pau. qui dicebat Corinth. An ex-
 perimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chri-
 stus? In epistola ad Rom. inquit. Nolo autem vos
 Secunde ignorare fratres, q̄ sepe proposui venire ad vos (&
 cap. 13. prohibitus sum vsq; adhuc) vt aliquem fructum ha-
 beam in vobis, sicut & in cæteris gentibus, & Græ-
 cis, ac Barbaris, sapientibus, & insipientibus debitor
 sum, ita quantum in me est, paratus sum & vobis,
 qui Romæ estis, euangelizare. Non enim erubesco
 Euangelium Christi, virtus enim Dei est in salutem
 omni credenti. Iudæo primum, & Græco. Minime
 quidem etiam apud Rom. pudebat Pau. euangelio-
 zare Christum crucifixum, & verba illa (Græcis, ac
 Barbaris, sapientibus, & insipientibus &c.) Iacobus
 Sadolettus enarrans inquit, hoc est & simplicibus,
 & callidis, quoniam mundi huius sapientia, callidi-
 tas potius, & versutia quædam est. Et parum infra
 idem Sadolettus intuens Pau. q̄ error colendorū
 Idolorum, & cōmune penè humani generis deli-
 ctum, à sapientibus sæculi, & ab authoribus philoso-
 phiæ, in mundum fuit inductum, inquit de eis, dicē-
 tes se esse sapiētes stulti facti sunt, & post multa in ea-
 dē Epistola inquit Pau. qui secū dum carnem sunt, q̄
 Cap. 8. carnis sunt sapiunt, qui vero secundum spiritū, quæ-
 sunt

sunt spiritus. Nam prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus, vita, & pax. Quoniam sapientia carnis inimicitia est in Deum, legi enim Dei non est subiecta, nec enim potest: qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vbi diuus Ambrosius inquit: est & alia prudentia carnis, quæ mundanis rationibus inflata, negat aliquid fieri, quod careat mundi ratione. Vnde deridet Virginis partum, carnis resurrectionem. & infra. sapientia (inquit) carnis est primum in loco Astrorum ab hominibus inuenta disputatio: deinde visibilium oblectatio, hæc inimica Deo sunt, quia Elementorum dominum, & opificem mundi his coequant, quæ fecit, astruentes nihil posse fieri præterquam mundi continet ratio. quæ obrem negant Deum fecisse, ut Virgo pareret, aut mortuorum corpora resurgerent, quia stultum est (inquiunt) ut Deus fecerit ultra, quam sapit homo. O prudentes mundi, qui putant Deum non debere aliter facere, quam ab eo facit condita creatura, ut ipse similis creaturis putetur, sic cæci sunt, ne videant qualem contumeliam Deo faciunt, opus enim quod in laudem suam prædicandum facere dignatus est, isti vituperantes incredulum, & stultum asserunt, ac per hoc legi Dei, hoc studium subiectum esse non potest, in eo quod exercitatur, ut Dei gestis repugnet. Et super illud: qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt, inquit. Sapientes mundi in carne sunt, quia respicientes mundum, spirituali sapientiæ resistunt, quia totus mundus caro est: omne enim visibile carni deputatur, Ideoque qui mundanis rebus obreperat, in carne est. Vides apostolum iuxta Ambrosii interpretationem, hic affirmare mundanam philosophiam, quam prudentiam carnis appellat, inimicitiam esse in Deum, neque legi Dei esse subiectam: & quod eius sectatores Deo placere

Nota.

- nōn pōssunt. Item idem apōstolus alibi dicit: Nōlites conformari huic seculo; sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis, quæ sit voluntas Dei, bona, beneplacens, & perfecta, dico enim per gratiam, quæ data est mihi; omnibus, qui sunt inter vos, nō plus sapere, q̄ oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. & vni cuiq; sicut Deus diuisit mensuram fidei. & in fine eiusdem Epistolæ inquit: Rogo vos fratres, vt obseruatis eos, qui dissensiones, & offendicula, præter doctrinam, quã vos didicistis. faciunt; & declinate ab illis. Notat hic apōstolus dissensiones, & scādala, hoc est hēreses (vt inquit Theophil.) ab iis induci, qui præter apōstolorum doctrinã, & dogmã aliquid afferant, & nos honore nō mediocri fratres appellãs, hos defugere obsecrat. Amplius in ea Epistola, quam priorem ad Corinth. scripsit, ita primũ de seipso fatetur idem apōstolus. Non misit me Christus baptizare, sed Euangelizare, non in sapientia verbi, vt nō euacuetur crux Christi: Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est, iis autem, qui salui fiunt, Dei virtus est. scriptum est enim perdam sapientiam sapientium, & prudentiã prudentium reprobabo. Vbi sapiens? Vbi scriba? Vbi conqueritor huius seculi? Nō ne stultam fecit Deus sapientiã huius mūdi? & ceterã, quæ ibi habentur. Vbi si quis dubitet de philosophis, & sapientibus huius seculi, apōstolum sermonẽ habere, interpretes omnes tam gr̄cos, q̄ latinos perlegat. Et quod Christus absq; mūdã sapientiã, & eloquẽtia sit prædicandus, & ipse quidem crucifixus, patefacit infra idẽ apōstolus dicens & ego cum venissem ad vos fratres, veni non in sublimitate sermonis, aut sapientiæ annuncians vobis testimonium Dei. Nō enim iudicavi me scire aliqd inter vos, nisi Iesum Christũ, & hũc crucifixũ,
- Cap. 11.** conformari huic seculo; sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis, quæ sit voluntas Dei, bona, beneplacens, & perfecta, dico enim per gratiam, quæ data est mihi; omnibus, qui sunt inter vos, nō plus sapere, q̄ oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. & vni cuiq; sicut Deus diuisit mensuram fidei.
- Cap. 16.** & in fine eiusdem Epistolæ inquit: Rogo vos fratres, vt obseruatis eos, qui dissensiones, & offendicula, præter doctrinam, quã vos didicistis. faciunt; & declinate ab illis.
- Nota.** Notat hic apōstolus dissensiones, & scādala, hoc est hēreses (vt inquit Theophil.) ab iis induci, qui præter apōstolorum doctrinã, & dogmã aliquid afferant, & nos honore nō mediocri fratres appellãs, hos defugere obsecrat.
- Cap. pri.** Amplius in ea Epistola, quam priorem ad Corinth. scripsit, ita primũ de seipso fatetur idem apōstolus. Non misit me Christus baptizare, sed Euangelizare, non in sapientia verbi, vt nō euacuetur crux Christi: Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est, iis autem, qui salui fiunt, Dei virtus est. scriptum est enim perdam sapientiam sapientium, & prudentiã prudentium reprobabo. Vbi sapiens? Vbi scriba? Vbi conqueritor huius seculi? Nō ne stultam fecit Deus sapientiã huius mūdi? & ceterã, quæ ibi habentur.
- Esaie cap. 29.** Vbi si quis dubitet de philosophis, & sapientibus huius seculi, apōstolum sermonẽ habere, interpretes omnes tam gr̄cos, q̄ latinos perlegat. Et quod Christus absq; mūdã sapientiã, & eloquẽtia sit prædicandus, & ipse quidem crucifixus, patefacit infra idẽ apōstolus dicens & ego cum venissem ad vos fratres, veni non in sublimitate sermonis, aut sapientiæ annuncians vobis testimonium Dei. Nō enim iudicavi me scire aliqd inter vos, nisi Iesum Christũ, & hũc crucifixũ,
- Esaie cap. 33.**
- Cap. 2.**

& ego in infirmitate, & tremore multo fui apud vos,
 & sermo meus, & prædicatio mea, non in persuasoria
 humanæ sapiëntiæ verbis, sed in ostensione spūs, & vir-
 tutis, vt fides v̄ra nō sit in sapia hominū: sed in vir-
 tute Dei. & sequit: sapiam aut loquimur inter perfe-
 ctos: sapiam vero nō huius seculi, neq; principiū hu-
 ius seculi (quos secūdū Theophil: Nō demones, vt
 sentiūt multi, sed pitos, & eloquētes, & oratores in-
 telligit, q̄ rationabūdi duces effecti sunt ppli) q̄ de-
 struunt, sed loquimur Dei sapiam in mysterio, q̄ absco-
 dita est, quā prædestinavit Deus ante secula i gloriā
 n̄ram, & q̄ non auxilio mudanæ philosophiæ, sed
 solo Dei fauore, & adiutorio, diuina a nobis habeat
 sapiā, subdit ap̄tus, sed sicut scriptū est, oculus nō vi-
 dit, nec auris audiuit, nec in cor hoīs ascēdit, q̄ præ-
 parauit Deus iis, q̄ diligunt illū. Nobis aut reuelauit
 Deus p̄ spūm suum: spūs enim oīa scrutat̄ etiā p̄fun-
 da Dei: quis enim hominū scit, quæ sunt hoīs, nisi
 spūs hoīs, q̄ in ipso est? Ita & quæ Dei sunt, nemo cō-
 gnouit, nisi spūs Dei. Nos aut non spūm huius mun-
 di accepimus, sed spūm, q̄ ex Deo est, vt sciamus, q̄
 à Deo donata sunt nobis, quæ & loquimur non in
 doctis humanæ sapiæ verbis, sed in doctrina spūs,
 spūalibus spūalia cōparātes. Aialis aut hō nō perci-
 pit ea, q̄ sunt spūs Dei: stultitia. n. sunt illi, & nō pōt
 itelligere, q̄ spūaliter examinant̄, spūalis aut diudi-
 cat oīa, & ipse à nemine diudicat̄: quis. n. cognouit
 mētē dñi, q̄ instruat eū? nos aut mētē Christi tene-
 m⁹: sup illis verbis. Nos aut nō spūm mudi accepi-
 mus &c. Theophil. inquit. mundi spūm, humanā
 sapiam interpretat̄ apostolus, quā haudquaq̄ (inqt)
 accepimus, vt sup uacaneā eius p̄dicationē arguat,
 & inanē, sed Dei (inqt) spūm Xpi accepim⁹, hoc est,
 deo p̄substantialē, q̄ ex Dei ipsius substātia constat,

Esaic
 cap. 64.

Nota.

C A P. VI

quem ipsi instructorem habemus, & super illis verbis, quæ & loquimur non in doctis humanæ sapientiz verbis &c. Idem Theophil. dicit, adeo (inquit) nos sapientia Græcorum philosophos superamus, vt ab hominibus illi instructi sint, Nos vero quæ loquimur, à spiritu sancto edocti pronunciemus: & super illis verbis. Animalis autem hō &c. Theophil. quoq; ait. Animalis est homo, qui cuncta ascribit animi sui cogitationibus, & suo sensu differtur, nec putat sibi celesti præsidio opus esse, nec quispiam vult p fidem, & credulitatem admittere, sed arbitratur oia stulta, quæ probari ratione non possint, ducitq; naturali quodã decursu omnia fieri, nec constare quicq; præter naturam posse. Animalem igitur dicit naturalem, nam & animus circa naturæ dispositionē versatur & ordinem. Si igitur philosophus naturalis nō percipit ea, quæ spiritu Dei fideles percipiunt, sed stultitia sunt illi, & non potes intelligere, quia spiritaliter, hoc est, per fidem, & spiritus examinant. i. demonstrantur, quomodo sapientia sua nobis proderit, ad sacrarum literarū sensum percipiendum? & super illis verbis. Nos autem mentem (seu vt alii codices habent) sensum Christi tenemus, dicit idem Theophil. hoc est, quæcunq; ipsi & tenemus, Christus nobis apparuit, & retexuit, nec secus, & quæ de diuinis rebus sentimus, à Christo habemus, hoc est, ab eo sumus quantulamcunq; de rebus ad fidem spectantibus cognitionem edocti. hæc Theophil. Non ergo indigent Christi fideles vt à philosophis huius mundi edoceantur. Item quod Euangelium Christi non sit adulterinis doctrinis philosophorū, & huius mundi sapientium corrobordandam, Paul. declarat in eadem Epistola dicens. Secundū gratiā Dei, quæ data est mihi, vt sapiens Architectus fun-

Cap. 3.

damentum posui, alius autem superædificat. Vnus
 quisq; autem videat, quomodo superædificet, fun-
 damentum enim aliud nemo potest ponere, præter
 id, quod positum est, quod est Christus Iesus. si quis
 autem superædificat super fundamentum hoc, aurū,
 argentum, lapides pretiosos, ligna foenū, stipulam,
 vniuscuiusq; opus manifestum erit, dies enim decla-
 rabit, quia in igne revelatur, & vniuscuiusq; opus,
 quale sit, ignis probabit, si cuius opus māserit, quod
 superædificauit. mercedem accipiet. Si cuius opus
 arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit,
 sic tamen quasi per ignem. super quibus verbis Am-
 brosius dicit, gratiam sibi datam dicit, vt dignus es-
 set prædicare Euangelium, vt & hoc Dei esse osten-
 deret, non hominis: secundum hanc itaq; gratiā, vt
 sapientem Architectum, fundamentum se dicit po-
 sisse. Sapiens Architectus est, qui iuxta disciplinā
 authoris collocat fundamentum. i. qui secundū eru-
 ditionem saluatoris euangelizat. Superædificia autē
 sunt, quæ post prædicationem apostolorū, à super-
 uenientibus traduntur, aut malis, aut bonis doctori-
 bus, quæ superædificia, vt congruant fundamento,
 vnusquisq; videat, ne si obliqua fuerint & friuola
 ruinam faciant, manente incolumi fundamēto, quia
 si male docuerit, Christi nomen permanet, quod est
 fundamentum, doctrina autē mala peribit, sicut dicit
 dominus. omnis plantatio, quā non plantauit pater
 meus coelestis, eradicabitur: in auro, argento, lapidi-
 bus pretiosis, bonam doctrinam significauit. In li-
 gnis vero foeno, & stipula, corrupta & vana doctrina
 designatur mala enim & adultera doctrina, idcirco
 in ligno. foeno, & stipula signata est: vt ostenderetur
 ignis esse esca. hæc Ambrosius. Rursus si aliquis no-
 strum habens negocium aduersus fratrem, & audēs

Mat. 154

Cap. 6.

iudicari, apud iniquos, & nō apud sanctos, accertime in eadem Epistola reprehenditur ab apostolo; quanto magis illum reprehenderet concionator, qui, quæ cōcionaturus esset ad populum, ea iniquorum doctrinis, & non Christi & sanctorū fulciret, & illustraret oraculis: verū ea non esset illustratio, sed potius obnubilatio quædam, & obscuratio. Præterea in posteriori Epistola ad eosdē Corinth. scripta, Pau. inquit, gloria nostra hæc est, testimoniū consciētiæ nostræ, quod in simplicitate, & sinceritate Dei, & nō in scientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mūdo. Vbi Ambrosius dicit. Hæc est gloria conscientie, quā dixit, simplicitas, & sinceritas, & quia hæc de Dei doctrina sunt, adiecit, Non in sapientia carnali, sed in gratia Dei: vt ostenderet non humanæ sapientiæ, sed euangelicæ prædicationi liberam se conscientiam exhibuisse: præterita refrenat, hoc enim significat, qđ in p̄ma Epistola arguit, fucatā prædicationem iuxta humanū sensum aptatam, & Theophil. enarrans id (modo in sapientia carnali) inquit, hoc est, nō eloquentiæ vī, & in sophismatum perplexionibus (id nanq; carnalis prætendit sapientia, cuius gratia cū Corinth. insolescerent, hanc ipse negat sapientiam esse, respuitq; & longe ppulsat) sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo interpretatur Theophil. hoc est in ea, quæ a Deo nobis dono data est, sapientia; versati in hoc mundo sumus: Itē Deo (inquit apostolus) gratia, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorem notitiæ suæ manifestat p̄ nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus Deo, in iis, qui salui fiunt, & in iis, qui pereūt. Aliis quidē odor mortis in mortē, aliis odor vitæ in vitā: & ad hæc qs. idoneus? Nō enim sum? (sicut plurimi) adulterātes verbū Dei, sed sicut

Cap. pri.

Nota.

171. 1614

Cap. 2.

Nota.

ex sinceritate, sed sicut ex Deo corā Deo in Chri-
 sto loquimur. Nō enim Pau. (vt in hoc loco expo-
 nit Iaco. Fab.) & apostolici viri ex se ipsis prædica-
 bant, inuentionibus nouis studentes, & frigidi capitis
 in somnitiis innitentes, vt nouitate populū detinerēt:
 Sed quæ dominus Iesus infundebat eis prædicāda:
 & nō ex ipsis vincebant, sed Deus in ipsis pariebat
 victoriā, ipse per eos cognitionē suā manifestabat
 mundo, vt Citharædus per citharam artē suā, vt
 Thymiana per acerram suaue. olentiā suā, odorē
 quidē Deo bonū, & suaue, sed electis ad vi-
 tam, reprobis autē ad mortem, non quidē, quia de
 se odor ille ad mortē sit, sed quia odorē illum non
 recipiebāt, aut reiciebant acceptū: Nam de se omni-
 bus erat ad vitā, magis, q̄ placida, cum vernū tem-
 pus est, Zephyri spiracula, oēs viuificāt plantas, quæ
 suaue flatū illum recipiunt. Et Theophil. super il-
 lud (nō enim sumus sicut plurimi adulterantes ver-
 bum Dei) inquit, hoc loco falsos apostolos carpit,
 qui Dei gratiā proprię virtuti ascriberēt. Arguit præ-
 terea eosdē apost. exterioris sapiētię argutiolis quib-
 usdā, dicēdo, alios inescare, & venalia habere, quæ
 dari gratis oportuisset. & super id (sed sicut ex syn-
 ceritate &c.) idē Theophil. dicit, hoc est aīo purio-
 re, & aperto, nos loq̄mur, tanq̄ ex Deo accipientes,
 quæ dicimus, neq̄ à nobis ipsis mirandū aliq̄ edi- Nota.
 mus facinus, sed Christi virtute, nō nostra sapientia
 Euang. prædicamus. & Ambr. super illud (nō enim
 sumus sicut plurimi adulterātes verbū Dei) inquit,
 pseudaplos tāgit diuersos, q̄ corrupta doctrina, ver-
 ba Dei p̄ malā interpretationē adulterabāt, tollētes
 diuinū sensum ponebāt humanū. Quorum p̄fecto
 imitatores ii sunt, qui oīa Christi, & scripturæ dicta,
 cum Arist. & iuxta mentē Arist. volunt interpretari.

C A P. VI

Secundę
cor. 13.
Cap. 4.

Hos ſeſtantur nonnulli, qui nimium doctrinę Scoti dediti, omnes ſententias Pau. etiam ſubſcuras, cum ſuo Scoto interpretantur, perinde ac ſi Scoti ſpiritus in Pau. locutus fuerit, qui ait, an experimentum quęritis eius, qui in me loquitur Chriſtus? In ſuper in eadem Epistoſa dicit Pau. Ideo habentes hanc adminiſtrationę, iuxta quod miſericordiã conſecuti ſumus, nõ deficimus, ſed abdicauimus occultamęta dedecoris, nõ ambulantes in aſtutia, neq; adulterantes verbum Dei, ſed manifeſtatione veritatis, commendantes nosmetipſos, ad oęm conſcientiam hominum corã Deo. Vbi Theophil. ait. Non ſolum (inquit) vitã ipſi ſimplicem ducimus, & purã, & cuius doli expertę, quin & dogma hoc noſtrum, & ſermo noſter hic omnis argutiis vacant. Neq; enim quidpiam ipſi, vel externę huius, & humanę ſapientię interieciſmus noſtro ſermoni, vel ad gratiam verba fecimus, neq; pecuniã, ex prædicationis hoc munere cumulamus, neq; hoc, illud ue habita tēporis, & perſonarum ratione (vt fallaces ſolent apoſtoli) edocemus. Vbi conſtat adulterare verbum Dei Theophil. ex parte interpretati, cū Eũangelio quidpiam externę huius, & humanę ſapientię intermiſcemus, vel ad gratiam verba facimus. & parum inſra inquit Pau. Non nosmetipſos prædicamus, ſed Chriſtum Ieſum dominum, nos autem ſeruos veſtros propter Ieſum: quoniam Deus eſt, qui dicit, de tenebris lucę ſplendescere, qui illuxit in cordibus noſtris, ad illuminationem ſcientię claritatis Dei in faciem Chriſti Ieſu: habemus autę Theſaurum iſtũ, in vaſis fictilibus, vt ſublĩmitas virtutis ſit Dei, & nõ ex nobis: ſeipſos prædicãt, qui (vt inqt Theophil.) ſe extollunt auditoribus, ſuadentes quatenus ex ſeipſis denominationem accipiãt. Vt exempli cauſa

Nota.

dicant. Ego sum Thomæ, alius Scoti, alius Egidii. quemadmodum in priori Epistola ad Corinth. missa, significauit apostolus quosdam dicere. Ego quidem sum Pau. ego autem Apollo, ego vero Cephe. Ego autem Christi. Itē in eadem posteriori Epistola ad Corinth. scripta, ait apostolus in carne ambulantes, non secundum carnē militamus. Nam arma militiæ nostræ non carnalia, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum consilia destruentes, & omnem altitudinem, extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectū in obsequiū Christi. Vbi inquit Theophil. prædicationem hoc loco cōmeminit, arguens haud quaquam humanam hanc esse, vel terrena ope aliqua impingere. Vult ergo apostolus (vt Ambrosius & Theophil. hunc locum interpretantes dicunt) q̄ dum carnē obducti prædicando, bellum & certamen aliquod inimis, carnalibus armis .i. erroneis scientiis philosophorum non militemus. .i. prædicemus. (omnis enim error (secundum Ambrosium) caro dicitur.) Nam militiæ, & prædicationis nostræ arma non sint carnalia, hoc est (vt dicit Theophil.) non opes præferant, non gloriam, non sermonis lenocinia, non dicta quædam blandiora, & simulata, sed sint spiritualia, fides. s. (vt inquit Ambrosius) incorruptæ prædicationis, neq; sint humano more, ferro, aut chalybe valida, sed potentia Deo, hoc est, quæ Deus validiora parauit, per hæc enim (inquit Ambrosius) Deus vincit principes, & potestates, quos constat, vt sibi vsurpent imperium, extolli cōtra fidem Christi, cogitationibus se hominum insereutes, vt auocent eos à Dei dominio, quas cogitationes destruit veritas fidei. Munitiones ergo principes dicit, & potestates, & spiritualia nequitie, quæ

Cap. pri.

Cap. io.

se extollunt, & armant infidelium animos ad cōtra
dicendū Christo, cōtra quōspugnat lex Dei, lex dis
sipans consilia eorū. & Theophil. dicit. his nanq;
armis (inquit) gentilū, syllogismos, & captiūculas,
& tumōre prostrauimus, vel illorū commenta, & co
gitationes euertimus, & animos eorū deicimus, qui
erroribus detinent, & veritati subiicimus. Nam &
Areopagite illius, ea mētis elatio, Paulo prædicāte,
ab impietate subtracta est, & ad verā religionē de
flexit. Prædicatorum ergo arma nō sint carnalia, &
quæ prudentiā carnis sapiant, sed spūalia, & prudē
tia spiritus fortia, his enim demoliri, ac subuertere
poterūt calida consilia, & oēm impiorum celsitudi
nem, quæ sese erigit, & extollit humanæ sapiētie præ
sidiis aduersus scientiā Dei, quā per Euangeliū pro
fitentur, neq; deicere modo, sed & subigere, & ca
ptiuare poterunt omnem humanam cogitationem,
vt posthac obediat Christo, cui prius rebellis erat.

Capitulum septimum, in quo eiusdem Pauli
testimonia ex aliis eius Epistolis
assumpta ponuntur.

P Ræter prædicta in tribus Epistolis Pau. testi
monia sunt, & complura aliā in aliis eius Epi
stolis contenta, nā Galatis scribēs ait. Sed licet nōs,
aut Angelus de cœlo Euangelizet vobis præter id,
quod Euangelizauimus vobis, anathema sit: sicut
prædicimus, & nunc iterū dico, Siquis vobis euan
gelizauerit præter id, quod accepistis, anathema sit,
Modo enim hominibus suadeo, an Deo? an quæro
hominibus placere? si enim adhuc hoibus placere,
Christi seruus nō essem: itē mihi (inquit) absit glo
riari nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi, per quē mi
hi mūdus crucifixus est, & ego mūdo. Et parū infra.

Cap.
ultimo.

& quicūq; hāc regulā secuti fuerint, pax super illos,
 & misericordia, & super Israhel. Nō ergo euāgelizent
 fidelibus p̄dicatores, p̄terq̄, quod euāgelizauit Chri-
 stus, & qđ euāgelizauerūt A postoli oēs, si anathema
 esse nolint, neq; glorient̄ in doctrinis secularib⁹: sed
 in sola cruce dñi n̄ri Iesu Christi, eiusq; fideli p̄dica-
 tione, alioq; pacē, & misericordiā nō p̄sequent̄. Am-
 pli⁹ in eplā ad Ephe. scripta idē apost. dicit. Mihi
 omniū sanctorū minimo data est gratia hęc in gēti-
 bus, euāgelizare imperuestigabiles diuitias Christi:
 & illuminare oēs, quę sit dispensatio sacramenti ab-
 scōditi à seculis in Deo, qui oīa creauit vt in note-
 scat nunc principibus, & potestatibus in cœlestibus
 per ecclesiam, multiformis sapiētia Dei, secundū p̄c̄-
 finitionē seculorū, quā fecit in Christo Iesu domi-
 no nostro. Siquis diligētī cura, hęc verba p̄sare vo-
 luerit, intelliget profecto nihil nos indigere doctri-
 nis secularibus, ad percipiendas imperuestigabiles
 opes Christi, & ad cognoscendā dispensationē sa-
 cramenti absconditi à seculis in Deo, q̄ omnia crea-
 uit per Christū. & infra dicit, hoc dico, & testificor
 in dño, vt iam nō ambuletis, sicut & gētes in vani-
 tate sensus sui, tenebris obscuratū habentes intelle-
 ctum, alienati à vita Dei, per ignorantiam, quę est in
 illis, p̄pter cęcitātē cordis ipsorū, qui desperātes se-
 met ipsos tradiderūt impudicicę, in operationē im-
 mūditicę oīs, in Auaritia: Vos autē non ita didicistis
 Christū, siquidē illum audistis, & i ipso edoc̄ti estis,
 sicut est veritas in Iesu, deponere vos secundū pristi-
 nam conuersationē veterē hōiem, qui corrupti se-
 cundū desideria erroris: renouamini autē spiritu mē-
 tis vestre, & induite nouū hominē, q̄ secundū Deū
 creatus est, in iustitia, & sanctitate veritatis: Agno-
 sce hic lector, gentes omnes, & ipsarum sapientes

Cap. 3.

Cap. 4.
Nota.

C A P . V I I

ambulare in vanitate sensus sui, vanis opinionibus ductas, tenebris cupiditatum, ac diffidentiae, obscuratum habere intellectum: alienatas à vita Dei per ignorantiam, non stellarum, vel cursus syderum, sed naturae diuinæ (vt hic exponit Thomas) quæ ignorantia est in ipsis gentibus, propter cæcitatem cordis earum: & ipsæ futuræ resurrectionis spem nullam habentes, semetipsas tradiderunt impudicitiae in operationem immunditiae, omnis in auaritia. Non passionibus, vel infirmitate, sed potius electione, quasi ultra non futuræ, vitam suam contaminantes, turpissima operatione. Quid boni ergo à gentium philosophis, Christi fideles sperare valent? Vult quoque apostolus nos omnes istorum conuersationem deponere, & renouari spiritu mentis, ac induere nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia, in sanctitate veritatis. Item Philippen. scribens inquit. Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. Veruntamen existimo omnia detrimentum esse, propter eminentem scientiam Iesu Christi domini nostri, per quem omnia detrimentum feci, & arbitror stercora esse, vt Christum lucrifaciam. Vide hic apostolum tantum tribuere Euangelio domini sui, & nostri, vt huius excellenti cognitioni, quicquid vsquã mundus hic præclarum habet, aut suspiciendum post habeat, pro dispendioque sibi sit. Vbi Ambrosius inquit, si enim (sicut dicit ad Coloss.) in Christo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ, absconditi, cuncta (quæcunq; sunt) nullius momenti ducenda sunt, vt ad excellentiam sapientiæ, & scientiæ huius peruenire contingat: & Thomas ibidem dicit, scientiam Iesu Christi omnes superare scientias. Nihil enim melius potest sciri, quàm verbum Dei, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, &

Cap. 3.

Cap. 2.

scientiæ absconditi. A deo quippe magnipendebat Pau tam insignem, & præminentem Christi cognitionem, vt hanc simulatq; gustare cœpit, nullū esset vllius rei lucrum, quantūuis præclarum, quod non pro damno, immo quod non pro rudere duceret, aut siquid rudere contemptius, modo huius dispendio, sibi liceret lucrifacere Christum fontem bonorū omnium, quæ vere bona sunt. Et paululum infra dicit, quicumq; ergo perfecti sumus, hoc sentiamus, & siquid aliter sapitis, & hoc vobis Deus reuelabit. Veruntamē ad quod peruenimus, vt idē sapiamus, in eadē permāneamus regula. & hic apostolus vult nos ita esse affectos, vt præter Euangelicū scopum, nihil nobis anteponamus: & à nullo alio, nisi à deo eorum, quæ ignoramus, reuelationem expectemus, & cum immediate subiungit apostolus dicens (imitatores mei estote fratres, & obseruate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formā nostram, multi enim ambulāt, de quibus sēpe dicebam vobis (nunc autē stens dico) inimici crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt, nostra enim cōuersatio in cœlis est) eos sugillat prædicatores, qui omnis Euangelis, & scripturis diuinis, huius mundi sapientiam, concionis auribus dum inculcare nō desinant, crucem Christi euacuant, quorū finis est sempiternū exitium, quibus venter est loco Dei, cui perpetuo obsequuntur, & faciunt satis, quibus loco gloriæ, quā sibi apud homines cupiūt esse perpetuam, æterna subsequetur ignominia, cū re vera nihil nisi venenum sapiant, multum aberrantes à scopo Euangelico: & in epistola ad Coloss. data, cum prius dixisset Pau. gratias agimus Deo, & patri domini nostri Iesu Christi, semper pro vobis orantes, audietes

Eodem
cap. 3.

Cap. 2.

fidem vestram in Christo Iesu, & dilectione, quam
 habetis in sanctos oēs, propter spem, quæ reposita
 est vobis in caelis, quam audistis in verbo veritatis
 euangelii, quod peruenit ad vos, sicut in vniuerso
 mūdo est, & fructificat, & crescit, sicut & in vobis, ex
 ea die, qua audistis, & cognouistis gratiā Dei in ve-
 ritate, sicut didicistis ab Epaphrodito charissimo cōser-
 uo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi
 Iesu, qui etiā manifestauit nobis dilectione vestram
 in spiritu: ideo & nos, ex qua die audiuius, non
 cessamus pro vobis orantes, & postulantes, vt im-
 plemini agnitione voluntatis eius, in omni sapien-
 tia, & intellectu spirituali: vbi etiam Theophil. hęc
 dicit. Cū à philosophis circūuenti grauiter hi faller-
 rentur, velim vos (inquit) in spūs sapiētia, non ho-
 minū doctrina, verum dogma perdiscere, quorum
 nunc erroribus irretiti, scire vos aliquid existimatis
 quod si Dei voluntas spiritalem hęc exigit sapien-
 tiā, Quid de his, inquit aliquis, qui diuinā substan-
 tiam exteriori hac, & humana sapiētia tenere se iu-
 ctant: postea dixit. Videte, ne quis vos decipiat per
 philosophiā, & inanē fallaciā, secundū traditionē
 hominū, secundū elementa mūdi, & nō secundum
 Christū, quia in ipso habitat oīs plenitudo diuinita-
 tis corporaliter &c. Vides hic aperte Paulū philoso-
 phiā detestari, eāq; inanem fallaciā appellare, cuius
 magnifica quadā specie hoies capti, potius seducū-
 tur à soliditate fidei, & deceptant, q̄ bene instituū-
 tur. Vbi etiā diuus Thomas enarrans inquit. Monet
 ne decipiantur per vanā sapientiam: & subdit, sed
 quod aliquis decipiat per sapientiā secularem du-
 pliciter cōtingit. sc. quādoq; per principia realia phi-
 losophicę, quādoq; per sophisticas rationes, & vtraq;
 docet equere. Ecce Thomas etiā sentit Pau. hic de

Nota.

Apiētia seculari loqui, & de mūdi philosophia, pro-
 pter quā (vt idē Thomas subiicit) multi sunt dece-
 pti à fide deuiātes, quā philosophiā appellat inanē,
 fallaciā, quia non fundat, nisi sub apparenti inuolu-
 tione verborū. hæc ibi Thomas. & Theophil. sur-
 per illud, videte, nequis vos decipiat per philoso-
 phiā, & inanē fallaciā, inquit. hoc est. Cauete ne p-
 philosophiē nomē vos quispiā fallat, qđ qđ celebre
 est, & vulgatius, & apud hoies huius summa sit au-
 thoritas, facile decipit tanqđ id dicat, hi enim qđ vos
 circūueniūt, philosophia nitunt, quę cū honestatis
 plurimū p- se ferre videt, & fallaciā adiecit. *Vtinā Nota.*
 & nō is tēporibus superciliosi, mūdāna philosophia
 nō deciperent, qđ eā totis viribus amplectētes, extol-
 lere supereminentē cognitionē Christi nō verent.
Vtinā ne alios quoq; (qđ pei⁹ est) isti deciperēt, qđ dū
 ea, quę fidei sunt, secū dū philosophiē realia princi-
 pia, & physicas rōnes metiri volunt, & se, & alios in
 errores p- cipitant. affirmāt enim Deū hominū meri-
 tis p- destinare ad gloriā, & pelagianā elationem de-
 fendentes arbitrant homines libero suo arbitrio, in
 omnem euentū omnia posse, qui etiā dū multa nō
 solum inania, verū etiā a cōmuni sentētia sanctę ec-
 clesię, & orthodoxę patrū exorbitantia, absq; villo
 dei timore, & cum suę conscientię maximo pericu-
 lō docere nō vereantur, debacchant in eos, qđ pie,
 relig. oseq; sapiunt. Idem quoq; Pau. in priori Episto-
 la ad Theff. data inquit: Spiritū nolite extinguere,
 prophetias nolite spernere, omnia p- bate, quod bonū
 est tenete, ab oī specie mala abstinete. Vbi Am-
 brosius dicit. Omnia, quę dicuntur, probanda mo-
 net, & quicquid sobrie, & benedictum fuerit, retinen-
 dū, quęcunq; enim Apostolorū, & ipsius dñi dictis
 congruūt, ea benedicta habenda sunt, & retinenda:

C A P. VII

Cap. pri.

Ab his autem, quæ inimica fidei videntur, abstinere dum. Non ergo spernendæ sunt prophetiæ, & scripturæ neq; quæcunq; boni speciem habent, aspernanda sunt. Ceterû à malis sic nos oportet abhorrere, vt ab iis etiam abstineamus, quæ mali speciem præferunt, ab humana igitur philosophia, atq; ab omni scientia seculari abhorrere debemus. Nam cum supra natura humanæ scientiæ mentes hominum insistent, multisq; erroribus abundant, atq; fallacis, tantum abest, vt de numero bonorum, & honorabiliû merito censentur, vt eas magis vnusquisq; recte sentiens, sub malorum specie collocari recte diiudicet. & cum in epistola ad Timotheum priori inquit apostolus: sicut rogavi te, vt remaneres Ephesi, vt denunciares quibusdam, ne aliter docerent neq; intenderent fabulis, & genealogiis interminatis, quæ quæstiones præstant magis, q̃ edificatiõem Dei, quæ est in fide &c. obsecrat episcopus coepiscopû suû, ne patiatur aliter populum fidelem instrui, quâ ab apostolo traditum esset, vultq; omnem docendi modum explodi à doctõibus, ad quem nõ edificatio Dei, quæ est in puritate Euangelicæ doctrinæ, sed quæstiones sequuntur. Talis modus est eorum, qui per seculares disciplinas prædicant Euāgelium, atq; hæc prædicant, non ad Christi gloriam, sed partim, vt ipsi apud populos quæstum faciât, partim, vt quæ simplex est Euāgelica doctrina, vel ob hoc ipsum, doctiores habeantur, quod Platonis, Arist. q; perplexas quasdam, & nunquã extricandas difficultates, atq; inextrincabiles labyrinthos ingerant: quasi non simplicissima quæq; sint optima. Ista doctrina hominum, quæstionem ex quæstione gignit, & adeo non confert ad coelestem pietatem, quâ Deus nobis per fidẽ largitur, vt Euangelicæ religionis caput euertat.

Hos

Hos quoq; prædicatores, qui mundanam philosophiam docturi essent, præuidens in spū sancto Apostolus dixit. Spiritus manifeste dicit, q̄ in nouissimis temporibus, discedent quidā à fide attendētes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum. Quis huius mundi spiritum. i. mundanā sapientiam, erroris spiritum merito non appellet? Aut quis philosophorum gentium doctrinas dæmoniorum esse denegat doctrinas? Cum plene sint mendacis, & dæmon ipse mendax sit, & pater mendacii? & nō multum infra subdit Apostolus, hæc proponens fratribus, bonus eris minister Christi Iesu, enutritus verbis fidei, & bonę doctrinę, quam affectus es, Ineptas autem & aniles fabulas deuita: exerce autē te ipsum ad pietatē. Vbi Ambrosius inq̄: quid tā verū? qd tā clarū, & prouidū, nisi vt disciplina christiana incorrupta tradat? Vt fructus eius in arca dñica, fertilis, ac firmus collaudatur, hoc est vt die Iudicii non reprobus, & igni cōburendus censeatur? hoc boni doctoris est, atq; idonei ministri domini Iesu Christi, & post nonnulla subdit Ambrosius, ab iis ergo, quę contraria sunt, declinandū monet: similimodo & ab illis, quę anilia sunt, vanitate quadam composita. Iacobus quoq; Faber hunc locum exponens, sic inquit. Certe in institutione aliorū prophana, inquinantia, & anilia omnino verba deuitanda sunt, nō solum publice, sed omnino priuatim vitanda sunt: verbo domini ornatus mundi prodiit, pulchritudoq; syderū, sic quicquid ab ore nostro p̄dit, qui sumus filii verbi Dei, ornatum, pulchrumq; esse debet, & internę virtutis, & gratię, Lucę, vt micantibus stellis respersum, sed nunc cum nequissimis fabulis, cum mollibus elegiis, cū lenonibus, lenis, meretriculis, parasitis comœdiarū, ita ab ineunte ætate

Cap. 4.

Cap. 8.

Nota.

Nota.

Gen. pri.

emolliunt adolescentū animi, vt cū ad adultā ætate veniāt, nil placeat, nisi pphanū, nisi molle & intēperans, nisi fabulosum, & qđ delitiis vetularū magis idignū sit ac perniciosum. Christus suos authores hēt, suos hymnicos, & epicos, & (vt sic dicā) σεμνοποιήτας (i. semno poetas) oēs suos historicos, suos philosophos, & sapiētes, in quib⁹, q̄ instituunt, castas mētes reportant, luci Spiritus sancti, & sermonibus eius p vias, donec ætern⁹ eis oriat dies, nō aū pubē mille modis corruptas, & icestas p molles fabellas, Veneres, Cupidines, Comœdias, Satyras in plerisq. ita Turpia turpiter rephendētes, ac siqs aū virgines castitatē laudās (quod etiā nūc dicere pudet) denudet pudēda, ac si veneficia culpans, ante quos culpat venena misceat, & sit veneficus, q̄ ante veneficii culpationē qđ esset veneficiū p̄sus nesciebat. Hęc fascinationes dēmonū sunt, hęc pphana, & voce Pau. p̄conis altissimi deuitanda, & p̄cul ab oī gymnasio Christi arcēda. Illa. n. sunt de Gymnasio idolorū, qđ ei aduersarij, qđ christi est. & rursus Pau. dicit. Siqs aliter docet, & nō accescit sanis sermonib⁹ dñi nr̄i Iesu Christi, & ei, q̄ s̄m pietatē est, doctrinę, supbus, nihil sciēs, sed languēs circa q̄stiones, & pugnas verboꝝ, ex quibus oriunt̄ inuidiæ, p̄tentiones, blasphemix, suspiciones malę, p̄siftationes hoīum mēte corruptorū, & q̄ veritate priuati sunt, existimātiū q̄stū esse pietatē, abstine à talibus. Hic loc⁹ adeo apte hostes veritatis, quā defendimus, explodit, ardet, p̄fligat, vt nobis certiorib⁹ testimoniis opus nō sit: & in fine eiusdē Epl̄æ Pau. dicit. O Timothee depositū custodi, deuitās pphanas vocū nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidā p̄mittentes circa fidē exciderūt. Vbi Thomas inter cętera dicit. Scientia secundū propriā rōnem nō est

Cap. 6.

Eodem

Cap. 6.

nisi verorū; Impossibile autē est, quod verū sit verō
 contrariū, licet quāq; duo falsa sint sibi contraria, & ideo
 impossibile est, illud, quod repugnat veritati diuinæ,
 quæ est summa veritas, sit verū. Coloss. 2. videte,
 neq; vos decipiat per philosophiā, & inanē fallaciā,
 secundū traditionē hominum, secundū Elementa mundi,
 & non secundū Christū. hæc Thomas ibi. Ex cuius
 verbis manifestū est, ipsum sentire philosophiā hu-
 manā, veritati diuinæ repugnantē, nō mereri nomē
 veræ scientiæ, cuius philosophiæ Æmulatores &
 sectatores, vt plurimum circa fidē excidūt. Ambro-
 sius vero inquit, admonet contraria religioni euitāda,
 quæ nomē tantū scientiæ vsurpāt. & Theophil. sup
 illud, oppositiones falsi noīs sciētix dicit. Vbi enī
 nulla erit fides, sed oīa humanis sensibus excogitā-
 tur, dici sciētia nequit, sed sciētix nomē mentiē. Post
 quos Erasmus, in paraphrasi sic dicit. O Timothee
 iterū, atq; iterū te obtestor, doctrinā hāc, vt est depo-
 sita, bona fide serua, ne sinas humanis dogmatibus
 vitari, id fieri nō pōt, nisi quēadmodū superius ad-
 monui, futilē, & inanē istorū loquacitatē, quæ quæ-
 stiōculis, & argumētationibus humanis, falsam sciē-
 tiæ opinionē sibi venantē, reicias. Cū humana scien-
 tia cōstans opinionibus inter se pugnantibus, nō me-
 reat nomē sciētix, nihil verius scimus, quā quod euā-
 gelica doctrina, fidesq; nobis persuasit. Cæterū qui-
 dam, dū humanis rōcinationibus, dū sophisticis al-
 tercationibus, dū nouis dogmatibus, quæ ipsi cōmēti
 sunt, docti, sapiētesq; videri studēt, aberrarūt ab euā-
 gelicæ fidei sinceritate, quæ credit, nō disputat, nec
 hominum decretis adducit a p̄scriptis Dei. sinam? igit̄
 (vt post mltā i eodē loco scribit Ia. Fa.) oēs vanilo-
 quos valere, & oēs contra fidē obices, euertam?, eos à
 nobis p̄tinus repellēdo, vt iniectos sinib? angues,

Nota.

Cap. pri.

Et sequamur Christum vera cognitione, & scientia eum ex studio sacrorum eloquiorum celebrantes, & nunquã vanã curiositate, mētis præsumptione à sermone spiritus sancti discedentes. & in posteriori epistola ad eundem Thimoteũ scripta, Pau. quoq; dicit. Noli erubescere testimoniũ domini nostri, neq; me vincitũ eius, sed collabora Euangelio secundũ virtutem Dei, qui nos liberavit, & vocavit vocatio-
ne sancta, non secundũ opera nostra, sed secundum propositum suum, & gratiã, quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia. Vbi Thomas dicit prædicatio Christi si referatur ad sapientiã mũdi, videbatur stulta, vnde erubescentiã habere videbatur. Primũ Corinth. primo. Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitia &c. Rom. primo. Non enim erubescio Euangeliũ, Luc. 9. Qui me erubuerit, & sermones meos, hunc filius hominis erubescet. hæc Thomas. Theophil. vero sic inquit. sunt sanè miseri, & calamitosi nonnulli, qui humanis sensib^{us} conquirunt, quæ supra homines sunt, nec comprehendendi, à mortalibus possunt, & ignominia ducunt fuisse Dei filium cruci affixum, nesciunt hæc ipsam ob crucẽ fontem, & noxium hominẽ in Dei filium fuisse accitum. Tu itaq; Thimotee velim, nihil prorsus testimoniũ Christi, & mortem, quã per crucem subiit, erubescas, sed glorię potius id ducas, & prædicēs. Itẽm quid debeant Episcopi, & prædicatores fidelibus hominibus cõmendare, subsequenter ostẽdit dicens, Tu ergo fili confortare in gratia, quę est in Christo Iesu, & quę audisti à me per multos testes, hæc cõmendanda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere, labora sicut bonus miles Christi Iesu, nemo militans implicat se negociis seculari

Cap. 2.

bus, vt ei placeat, cui se probauit. Igitur, qui in munere prædicandi militant Christo, non se implicent secularibus disciplinis, vt Christo placeât, cui se probauerunt. & cū parum infra dicit, intellige quæ dico, dabit enim tibi dominus in omnibus intellectu, manifestat nos præsi diis humanæ philosophiæ, ad intelligēdas scripturas nō indigere. subiūgit quoq; hæc Pau. Hæc commune testificans corā domino nō contendere verbis, ad nullam vtilitatē, ad subuersionē audientium, solícite aut cura te ipsum probatum exhibere Deo, operarium inconfusibilem, recte tractantē verba veritatis. Vbi Theophil. dicit, pertracta (inquit) hoc est dirige, & circuncidito inutilia quæq; & deme gladio sermonis, & verbi, quæ ab euangelii sunt prædicatione aliena. Amplius, tu vero (inquit) permane in iis, quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris, & quod ab infantia sacras literas nosti, quæ possunt instruere ad salutē, per fidem, quæ est in Christo Iesu: omnis scriptura diuinitus inspirata & vtilis ad docendū, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendū in iustitia, vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonū instructus. Superfluit ergo mundana philosophia. & cum statim subiūgit dicens (testificor corā Deo, & domino Iesu Christo, qui iudicaturus est viuos, & mortuos, per aduentū ipsius, prædica verbum, in sta oportune, importune, argue, obsecra, increpa, in omni patientia, & doctrina) ostendit quid prædicatores Christi prædicare debeant, quia non mundanas sapientias, sed verbū Dei, & quomodo illud prædicare debeant, & continuo cū subdit hæc verba (videlicet, erit enim tempus cum sanā doctrinam nō sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros pruriētes auribus, & à veritate quidē auditū

Eodem
Cap.

Cap. 3.

Cap. 4.

C A P. VII

auertent, ad fabulas autem conuertentur) prophetia
 (vt exponit Ambrosius) sancti Apostoli est, qui præ-
 sciens futurorum, instandum in doctrina solícite præ-
 cipit, vt formati in fide, & bonis operibus eruditi, in
 disciplina sana robusti maneant, vt postremo tēpo-
 re, cum quidam à veritate ad errorem conuerti cœ-
 perint immobiles perseuerēt, tales enim futuros di-
 cit, qui pro desideriis suis doceri se velint, vt à ma-
 gistris constantibus, & veracibus, ad hos cōuertant,
 & hæc illos doceant, quæ libenter audiant, quia ve-
 ritas illis aspera videbitur, vt relicta sana doctrina,
 fabulis vacent, nolunt enim argui maligna opera
 sua, quare tales volunt magistros, qui seruiant mori-
 bus eorum, pruriunt enim aures eorum, vt audiant
 fabulas vanitatum compositas, sub nomine doctri-
 næ, quibus delectentur: Quæ omnia iam multis re-
 tro temporibus, & nostro sæculo verificari nemo est
 (modo sanæ mētis sit) qui ambigat. Postremo & ad
 Titum scribēs inquit Apostolus, stultas quæstiones,
 & genealogias, & contentiones, & pugnas legis de-
 uita, sunt enim inutiles, & vanæ. & mirum est (vt in-
 quit Iacobus Faber) eos, qui circa ea, quæ sunt le-
 gis diuinæ, solum quæstionarium, ad disciplinā ele-
 gerunt modum, non legisse hoc præceptum Pau-
 ad Titum. nostro enim tempore nemo est prædica-
 torum, & doctorū, qui per quæstiones, ea, quæ legis
 sunt diuinæ, non pertractent. Vnde contentiones,
 rixæ, dissensiones, scādala, innumeraq; mala oriunt̃.

Cap. 3.

Capitulum octauū, in quo adducuntur testi-
monia & aliorum Apostolorū in cæteris
libris noui testamenti cōtenta.

Sufficere debuissent tot, & tam magnifica, Pau-
li iam adducta testimonia, quibus philosophia
mundana omnibus modis vitupatur, reicitur,
atq; profligatur: verum enim vero, quoniam inue-
niuntur quidam, qui (dum ipsis obiiciuntur indi-
sputationibus nonnulla & paulinis Epistolis) di-
cunt se nolle paulinos esse, sed petrinos, perinde,
ac si Elchefaitarum, qui Paulum ex integro respue-
bant, sectatores sint: ob id in primis, post prædicta
Pauli testimonia, Petri Apostolorum principis subii-
ciemus sententias, qui in fine secundæ Epistolæ sug-
fic inquit, propter quod charissimi hæc expectan-
tes, satagite immaculati, & irreprehensibiles ei (sci-
licet domino) inueniri in pace, & domini nostri
longanimitate, salutem arbitramini, sicut, & charis-
simus frater noster Paulus secundum datam sibi sa-
pientiam scripsit vobis, sicut & in omnibus Episto-
lis loquens in eis, de iis, in quibus sunt quædam dif-
ficilia intellectu, quæ indocti, & instabiles detor-
quent, sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorum
perditionem. Vos igitur fratres præscientes caue-
te, ne, nephariorum errore abducti, excidatis à pro-
pria firmitate, crescite vero, in gratia, & in cognitio-
ne domini nostri, & saluatoris Iesu Christi. Hic igitur
Petrus (cui Pau. in vita fuit charissimus frater, &
in morte indiuiduus comes quique fideles cauere
monet, à nephariorū errorib⁹, & crescere nō in mū-
dana sapiētia, & huius mūdi gratia, sed in grā, & in
cognitōne dñi nostri, & saluatoris Iesu Christi) in
prima sua Epistola sic inqt, simplici ex corde inuicē

Cap. pri.

C A P. VIII

Attendite intente, renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbū Dei viui, & permanētis in eternū, quia omnis caro vt scœnū, & omnis gloria hominis tanquā flos scœni, exaruit scœnū, & flos eius decidit. Verbū autem domini manet in eternum, hoc est autem verbū, quod Euangelizatū est in vos. Ecce quod quicquid ab homine proficiscit, & omnis gloria eius temporaneū est, atq; caducū, quod autē è cœlo venit eternū est, atq; permanēs. Contēnenda ergo est huius mūdi sapientia, ab hominibus profecta, & totis viribus suscipienda est scriptura sacra, cuius Deus solus est author, amplectendāq; sunt verba Christi, quæ manent in eternū: ipso attestante. Cœlū, & terra transibunt, verba autē mea non præteribunt. & cū deinde Petrus subdit dicens. Deponentes igitur omnē malitiā, & omnē dolum, & simulationes, & inuidias, & oēs detractiones, rōnabile, & sine dolo lac cōcupiscite, vt in eo crescatis, siquidē gustastis, quod bonus est dñs &c. Hortatur fideles per euangelicā doctrinam, cœlesti generatione renatos, vt posthac velut infantes recēter nati, auide concupiscant lac illud, non corporis, sed animi lac doli nesciū, & aptum etati suę innocentię magis, quā robustæ, lac institutionis Euāgelicæ, & in eo crescere, non autem in sapientiis secularibꝰ. & in secunda sua Epistola dicit, non indoctas fabulas secuti, notam fecimus vobis domini nostri Iesu Christi virtutem, & præsentia, sed speculatores facti illius magnitudinis. Accepit enim à Deo patre honorem & gloriā, voce delapsa ad eum huiusmodi magnifica gloria: Hic est filius meꝰ dilectus, in quo mihi complacui: Et hanc vocem nos audiuimus de cœlo allatam, cum essemus cū ipso in mōte sancto, & habemus firmiorē propheticum sermonē, cui be-

Mat. 24.

Cap. pri.

nefacitis attendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris: hoc primum intelligētes, quod omnis prophetia scripturæ, propria interpretatione non fit, nō enim voluntate humana allata est quandoq; prophetia, sed à spiritu sancto impulsæ, locuti sunt sancti Dei homines. Vbi primum sciēdum est, Petrum indoctas fabulas intelligere doctrinā philosophorū huius sæculi, qui fabulis arte compositis, & humanis argutiis, persuadere conātur, quod ipsi nō intelligunt inter se quoq; dissentientes, deinde considerandū est testimoniū proditum non à propheta quopiā, sed ab ipsa patris maiestate, videlicet, hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui, ipsum audite, quo nullum poterat edi testimoniū neq; plenius, neq; magnificentius ad propositā veritatem manifestandā, quod testimoniū fatetur se Petrus audiuisse cum reliquis aliis. scilicet. discipulis Ioā. & Iacobo, cum ipsi tres vnā cum Iesu essent in monte sancto Tabor, sicut refert Matth. postremo intelligendū est scripturas sacras non humano sensu, sed diuino spiritu esse interpretandas: Ex quibus colligere nobis licet, nihil fidelibus ad intelligendā sacram scripturam necessariā esse mundanam sapientiam, quæ teste Iacobo terrena, animalis, diabolicaq; est sapientia. Nam qui cū mundana sapientia Christum prædicant, & qui, quod ita Euangeliū sit prædicandum, pertinaciter defendunt, annumerantur illis, de quibus in eadē Epistola Petrus ait. Hi sunt fontes sine aqua, & nebulæ turbinibus exagitate, quibus caligo tenebrarū in æuum reseruat. Iacobus quoq; in sua canonica Epistola sic primo dicit: Siquis vestrum indiget sapiētia, postulet a Deo, qui dat oībus simpliciter & non improperat, & dabitur ei &c.

Cap. 17.

Cap. 3.

Cap. pri.

C A P. VIII

Eodem
cap.

Cap. 3.

Cap. 4.

Cap. 8.

A Deo inquit postulet, nō à mundi sapientibus. Et parū infra dicit. Nolite errare fratres mei dilecti, omne datū optimū, & omne donū pfectū desursum est descendens a patre luminū, apud quē nō est trās mutatio, aut conuersionis obumbratio, volūtarie genuit nos verbo veritatis, vt simus initiū quoddam creaturę eius: Et inter mundanā, diuināq; sapientiā, discretionē faciens sic inquit. Quis sapiens, & disciplinatus inter vos? ostēdat ex bona conuersatione operationē suā, in māsuetudine sapientię, quod si zelū amarū habetis, & cōtentiones sint in cordib; vestris, nolite gloriari, & mendaces esse aduersus veritatē, nō est enim ista sapiētia desursum descēdens à patre hominum, sed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & cōtentio, ibi incōstantia, & omne opus prauū, quæ aut desursum est sapientia, primū qdē pudica est, deinde pacifica, modesta, suauis, bonis cōsenties, plena misericordia, & fructibus bonis, non iudicās, & sine simulatione, stultitiz in pace seminat facientibus pacē. Cū igit inter mūdanz sapiētiz pfectores, videamus quāta sit æmulatio, quę pugne, quę dissidia, quod vincendi studiū, quāta opinionū, ac morū inconstantia, & interim omnis vita, quā omnī vitiorū genere contaminata, non est profecto mundana sapientia desursum descendens a patre luminū, sed terrena, animalis, diabolica, fallax igit & inanis. Itē alibi, idē Iacobus dicit. Amicitia huius mundi inimicitia Dei est. Quicūq; ergo voluerit amicus esse huius seculi, inimicus Dei constituit. quoniā igitur sapientia carnis (vt inquit apostolus ad Ro.) inimicitia est in Deū. dictis Iacobi cōsequens fit, vt quicūq; voluerit amicus esse sapientię carnis, & mundanz philosophię, inimicus sapientię diuinę constituat. Ioan. insup

Euang. in prima sua Epistola canonica, nos hortat
 dicens. Nolite diligere mundū, neq; ea, quę in mū/
 do sunt, si quis diligit mundū, nō est charitas patris
 in eo, quoniā omne, quod est in mundo: videlicet
 concupiscentia carnis, & cōcupiscentia oculorū, &
 superbia vitę, non est ex patre, sed ex mundo est, &
 mundus transit, & concupiscentia eius. Neq; ergo
 mundanam philosophiam, quę ex mundo est, & ex
 qua factus, & superbia vitę oriuntur (teste Pau.) dili/
 gere debemus, & parū infra subdit Ioan. Vos vn/
 ctionem habetis a sancto, & nostis omnia non scri/
 psi vobis, quasi ignorantibus veritatē, sed quasi sciē/
 tibus eam. Qui ergo spiritu sancto vncti sunt, pręsi/
 dio philosophorū huius mundi non egent, quinim/
 mo ipsi philosophi dicendi sunt mendaces, & anti/
 christi, quoniā, vt subdit ibidem Ioan. quis est men/
 dax, nisi is, qui negat, quod Iesus est Christus? Hic
 est Antichristus, qui negat patrem, & filiū, omnis q
 negat filium, nec patrem habet. omnes autem hui/
 mundi philosophi, & qui eos imitant, secūdū philo/
 sophię humanę principia, & fundamēta negant Ie/
 sum esse Christum, patremq; & filium, & Christi do/
 ctinā opposita docent. Mendaces igit, atq; Anti/
 christi merito sunt appellandi, & quod multū pro/
 posito modo deseruit, subiungit Ioan. Hęc scripsi
 vobis de iis, qui seducunt vos, & vnctio, quam ac/
 cepistis ab eo, manet in vobis, & non necesse habe/
 tis, vt aliquis doceat vos, sed sicut vnctio ipsa docet
 vos de omnibus, & verum est, & non est menda/
 ciam, & sicut docuit vos, manetis in ea: videre pos/
 sumus, quod pręter doctorem arcanum, sed lon/
 ge certissimum spiritum .s. sanctum Christi, quem
 habent viri fideles, sacro baptismatis lauacro re/
 generati, assidue monitorem, atque doctorem

Cap. 2.

Primæ
Cor. 8. c.

Nota.

in cordibus suis non necesse habent, vt quisquam, vel præstantissimus philosophus, eos quicquã doceat de iis, quæ ad eorum salutẽ pertinere possint. Quid igit ad hanc tam apertã, tanq; clarã lucẽ versus perturbationes isti, q; neq; digni profecto sunt q; muribus, ac volucris connumerentur, facient? Hoc testimonium editum est a Ioan. discipulo illo a domino dilecto, cui supra pectus saluatoris, & vere oïum doctoris, in coena recumbenti, reuelata fuere diuina mysteria. Qui etiã in eadẽ epistolavult nos, non omni spiritui credere, nisi sit ex Deo. Nõ ergo spiritui huius mudi credere debemus, de quo Pau. in q̄t. Nos autẽ non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritũ, qui ex Deo est: Vbi Theophil. spiritũ huius mudi, humanã sapientiam interpretari Apostolum scribit, Et postea subdit Ioan. & in hoc cognoscitur spiritus Dei: omnis sp̄s, qui cõfitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est. & omnis spiritus, qui non confitetur Iesum Christũ in carne venisse, ex Deo nõ est: & hic est ille Antichristi, de quo audistis, q̄ venit, & nũc iam in mudo est: Vos ex Deo estis filioli, & viciistis eos, quoniã maior est, q; in vobis est, quã qui in mundo: Ipsi è mundo sunt, ideo de mundo loquunt̄, & mundus eos audit: Nos ex Deo sumus: qui nouit Deũ, audit nos: qui nõ est ex Deo, nõ audit nos. Ex hoc cognoscimus sp̄m veritatis, & spiritũ erroris &c. Quoniã igitur mundana philosophia negat Iesum Christũ in carne venisse, & soluit Iesum diuinã ei adimens naturam, non est spiritus ex Deo, & ipsi philosophi Antichristi sunt appellandi, per quos, velut per membra sua diabolus impugnat eos, qui ex Deo sunt. Verum non est, quod ipsi metuant philosophos mundanos, quoniam & si ipsi quidẽ imbecilles sunt, is tamen sp̄s,

Cap. 4.

Primæ
cor. 2.
Eodem
cap.

qui habitat in eis, maior, ac potentiór est eo, q̄ habitat in mundanis philósophis: qui quoniã ad mūdi factiōnē pertinent, & mundanum hauserunt spiritum, mundum sapiunt, & mundana loquuntur, & horū doct̄rina grata est iis, q̄ & ipsi de mūdo sunt. Nemo facile credit, quod aduersatur iis, quæ vehementer amat, amant terrena, & horum doct̄rina terram sapit, iuxta illud. Qui de terra est, de terra loquitur. Apostoli autē, & Euāgelistę & ex Deo sunt, hūc qui nouit (nouit autem quisquis amat) auscultat eis, qui coelestia, Deoq; digna docent: Qui non est ex Deo nō audit eos, sed abhorret ab euangelica, apostolicaq; doct̄rina, quæ iubet opes effundere, voluptates spernere, in afflictionibus gloriari, vitam etiã habere vilem, pro iustitia, recte factorum omne præmium expectari in resurrectione, quã isti aut nō credunt futuram, aut nollent accidere, quæ iubet per sincerã charitatem, & vitam impendere proximo, cum homo mundani spiritus etiã cum fratris iniuria suis commodis ubiq; cōsulet. his igitur iudiciis dignoscere licebit spiritū Dēi veracem a spiritu mūdi fallaci. Item in secunda epistola canonica dicit, omnis, q̄ recedit, & nō permanet in doct̄rina Christi, Deum nō habet: Qui permanet in doct̄rina, hic patrem, & filium habet: si quis venit ad vos, & hãc doct̄rinam nō affert: nolite recipere eum in domū, nec Aue ei dixeritis. Postremo in libro Apocalyp. De sancto, & vero (.i. Christo) dicit. Qui habet claue[m] Dauid q̄ aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit. Et alibi. Contestor enim omni audienti verba prophetiæ libri huius: Siquis apposuerit ad hæc, apponat Deus super illum plagas, scriptas in libro isto. Euangelium igitur, & sacra scriptura, vere Christi fidelibus tantum est annuncianda.

Ioan.
cap. 3.

Cap. 3.

Capitulum nonū, in quo ponuntur testimo-
nia assumpta, ex libris legis, prophe-
tarumq; & psalorum.

Huius itaq; veritatis, quā defendimus per tes-
timonia de scripturis sanctis assumpta, prius
positis testimoniis de libris instrumēti noui, Dein
de ponamus & veteris, quāuis enim vetera priora
sint tempore. Noua tamē (vt ait August. de ci. Dei)
Antepōnēda sunt dignitate: quoniā illa vetera prę-
conia sunt nouorū. Hunc & ipse Iesus Christus or-
dinē demonstrās scriba inquit omnis, doctus ad re-
gnū cœlorū, similis est homini patrifamilias, q̄ pro-
fert de thesauro suo noua, & vetera. Nō dixit vete-
ra, & noua, quod utiq; dixisset, nisi maluisset merito-
rum ordinē seruare, q̄ temporum. Noua igit̄ posita
sunt prius, quę vt firmius probemus, assumentur &
vetera. in nouis habent̄, Euangeliū, & apostolicę li-
terę: In veteribus vero lex, & prophetę, & psalmi.
Ait enim saluator, hęc sunt verba, quę locut⁹ sum
ad vos, cū adhuc essem vobiscū, quoniā necesse est
impleri omnia, quę scripta sunt in lege Moysis, &
prophetis & psalmis de me. Moyses ergo inquit, &
nunc Israel audi pręcepta, & iudicia, quę ego do-
ceo te, vt faciens ea viuas, & ingrediens possideas
terrā, quam dñs Deus patrū vestrorū daturus est vo-
bis: Non addetis ad verbū, quod vobis loquor, nec
auferetis ex eo. Custodite mādāta dñi Dei vestri, q̄
ego pręcipio, oculi vestri viderūt oīa, quę fecit do-
minus cōtra Beelphegor, quō cōtriuertit oēs cultor-
es eius de medio vestri: Vos autē, qui adhæretis do-
mino Deo v̄ro, viuitis vniuersi vsq; in pręsentē diē:
Scitis, quod docuerim vos pręcepta, atq; iustitias,

Libro 2.
cap. 4.

Mat. 13.

Lucę vi.
timo.

Deut.
cap. 4.

sicut mādauit mihi dñs deus meus, sic facietis ea in terra, quā possessuri estis, & obseruabitis, & implebitis opere. Hæc est enim vestra sapiētia, & intellectus corā populis, vt audiētes vniuersi præcepta hæc dicant. En populus sapiēs, & intelligēs, gens magna, nec est alia natio tā grandis, quæ habeat Deos ap- propinquātes sibi, sicut Deus nŕ adest cunctis obseruationibus nostris. Vide sapiētiā atq; intelligētiā corā populis cōsistere, nō in mūdāna philosophia, sed in cognitione, atq; obseruātia legis diuinæ. Dauid quoq; i psalmis dicit, Expectās expectaui dñm, & intēdit mihi, & exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miserię, & de luto fecis. Et statuit supra petrā pedes meos, & direxit gressus meos. & immisit in os meū canticū nouū carmē Deo nostro. Vbi Hieronymus inqt. Statuit supra petrā (hoc est supra Christū) pedes meos (sensus meos) vt illud, petra aut erat Christus. In se, q est stabilis petra pŕima, uit me, ne ab huius sæculi nutarē impulsibus. (Et immisit in os meū canticū nouū) laudē vtiq; suā, quia nouus homo venit in mundū, nouam legē dedit mundo (carmen Deo nostro) laudē Deo nostro, vt iam nō sonos turpes, & Theatrales concinam, sed in Dei viuentis hymnis, per harmoniā noui testamenti delecter: Et super id (& exaudiuit me de lacu miserię) Euthymius inquit: dici pōt, q lacus miserię sit illa fouea erroris, in qua olim gentes, quæ in vnam Ecclesiam congregatæ sunt, veluti in quodā carcere, secundum animam miseræ affligebantur. In eodem quoq; psalmo propheta dicit. Beatus vir, cuius est nomen domini spes eius, & non respexit in vanitates, & insanias falsas. Vbi Hieronymus. omnia, quæ in mundo sunt iuxta Solomonem Eccl. ca. vanitas est, beatus, qui non respexit in vanam, primo

Ps. 39.

Primæ
Cor. 10.

Eccl. ca

Notā:

atq; inanem huius mūdi philosophiā . Item in alio psalmo inquit. Abyssus abyssum inuocat, in voce Cataractarū tuarum . Vbi Hieronymus multæ sunt (inquit) de Abyſſo opiniones, quæ opportunis locis explanabuntur. Nam hic, Abyssus abyssum inuocat, cum vel vetus testamentū, vetus annunciat, vel nouum vetus testimoniū vocat propter pfunditatē enim intelligentiæ, dicuntur Abyssus: Cataractas autem prophetas interpretat. Et ita cum eo Euthymius, Alexander quoq; de Ales apud scholasticos Theologos doctor irrefragabilis, hos secutus dicit. Abyssus. i. nouū testamentū, inuocat abyssum. i. vetus testamentū, supple ad testimoniū. Ioan. 5. scrutamini scripturas illę sunt, quæ testimoniū perhibent de me: & post, si crederetis Moyſi, crederetis & mihi: De me enim ille scripsit: vel vetus inuocat nouū ad ſui complementū Matth. 5. Nolite putare, quoniam veni soluere legem, aut prophetas, non veni soluere legem, sed adimplere, & bene dicit inuocat, (.i. intus vocat) vnū enim testamentū est in alio, sicut rota in medio rotæ . Dicuntur autē secundo testamenta Abyſſi, pluribus rōnibus, primo quia sunt inscrutabilia . Eccl. primo profundum Abyſſi quis dimensus est? Sapientiā Dei præcedentem omnia, quis inuestigabit? secundo, quia exhauriri non possunt. Eccl. 24. à mari enim abundabit cogitatio eius & consiliū eius in abyſſo magna. Cogitatio potest referri ad vetus testamentū, consiliū ad nouū. 3. quia oēs riui scientiarum ab ipsis emanant. Gen. 7. Rapti sunt oēs fontes abyſſi magnę quarto ppter obscuritatem. Gen. primo. Tenebrę erant super faciem abyſſi ps . Tenebrosa aqua in nubibus aeris quinto, quia omnes alias facultates recipit scientia duorum testamentorū. Eccl. primo, omnia flumina intrant

infrant mare, & mare nō redundat. Sic ergo Abyſſus abyſſum inuocat, & hoc in voce Cataractarum tuarum per doctrinam prophetarum, & apoſtolorū, à quibus fluente doctrinæ nobis manant, ſicut à Cataractis flumina aquarum. hæc Alexander. Vides ergo iuxta Hieronymi, Euthymii, & Alexandri, interpretationem Abyſſum abyſſum inuocare .i. ſcripturam noui teſtamenti, ſcripturam veteris, non autem ſcientias mundanas, in voce apoſtolorum, & prædicatorū. Vides etiam Alex. ꝑ ſecūdo teſtamento dicant abyſſi, inter cæteras rationes, has adducere, quia omnes riuus ſcientiarum ab ipsis emanant: & quia omnes alias facultates, eorum ſcientia recipit. Alibi quoq; idē propheta in perſona Chriſti dicit. Attendite popule meus legē meam: inclinate aurem veſtram in verba oris mei. Vbi Euthymius dicit. Legimus apud Zachariā: & confugient multæ gentes ad Dominū, & erunt ei in populum: ad hunc igitur populum, ex gentibus congregatū Chriſtus loquitur: legem eos nō Moſaicam audire iubet, ſed euangelicam, de qua Eſai. dicebat. De Syon exhibit lex, & verbum domini de Hieruſalem: & iudicabit in medio gentiū. (inclinate aurem veſtram in verba oris mei) ſupponite iquit aures veſtras, ab inani ſermone, ab ineptis fabulis, ad euāgelia. Vbi inter cætera, diuus Hieronymus adducit etiam dictum illud Chriſti ad Saducceos. Erratis neſcientes ſcripturas, nec virtutē Dei: & inquit Hieronymus. Videte quid dicat erratis, quare? neſcientes ſcripturas, quoniā autem neſcitis ſcripturas, propterea neſcitis Chriſtū, qui eſt Dei virtus, & Dei ſapiētia: ex ſcripturis igitur intelligitur Chriſtus, qui eſt virtus Dei, atq; ſapientia, & non ex philoſophia mundi, & qui neſciunt ſcripturas, Chriſtum quoq; neſciūt. Et infra in eodē pſalmo inquit

pſ. 77.

Cap. 2.

Cap. 2.

Nota.

Matth.
cap. 22.

Nota.

Nota.

propheta: Conuertit in sanguinem flumina eorū, & imbres eorū, ne biberent. Misit in eos Cynoniam, & comedit eos: & ranam, & disperdidit eos. Vbi Hieronymus dicit. Vana philosophorū verba, quæ in doctrinis Platonis ecclesiæ paruulos interimebāt, in vltionē diuinam illis cōuersa sunt in cruorem, vt qui sanguinē fundebant .i. animas iugulauerant seducendo, sanguinem deinceps potarent: in Cynoniam, sectam Cynonicorū indicauit, quæ libidinē, atq; luxuriam, summū prædicat bonū: In ranarum vocibus poetarum carmina designātur, quæ per inflationē verbositatis, exterminationū fabulas intulerunt. Hæc Hieronymus. Amplius ego (inquit) Dauid, dixi in excessu meo, omnis homo mendax. Ita enim iuxta septuaginta interpretes legimus, & ita sequitur ecclesia: Vbi diuus Hieronymus inquit, verum dicit Dauid an mentitur? Si verum est, omnis homo mēdax: & hoc quod dicit omnis homo mēdax verum est: ergo & ipse mentitur? Et ipse homo est: si autem & ipse mentitur, ergo hoc quod dicit, omnis homo mendax, nō est verum: Quocūq; verteris, in cōtrarium venit, & quoniam ipse homo est, ergo ipse mentit, & omnis homo mendax est, ergo alio genere mentitur: videtis ergo, quia syllogismi sunt philosophorū. Deniq; secundū hanc sententiā texit syllogismus Arist. Deniq; tu dicis, loqueris ad alterum, si mētiris, & verū dicis & mentiris. ergo mētiris: videte quomodo in contrariū vertitur sentētia: Quid enim dicit o tu qui mecū loqueris: si mentiris & verū dicis hoc ipsum, quod mētiris: ergo mētiris: & in eodē sermone fit, vt verū dicat, & mentiatur.

Coloss 2

propterea lectum est in apostolo: Videte ne quis vos decipiat per philosophiā, & vanā deceptionē hominū, secundū Elementa mundi. Inuenerūt enim phi

Philosophi suas deceptiões ex propria arte: quō in eodē
 sermone, & vera q̄s dicat, & mentiat̄. Nos autē dica-
 mus David vera dixisse, quōd oīs homo mendax:
 quādiu hoīes sumus: quī autem fuerimus dii, desini-
 mus mētiri. Vbi enim sunt æmulationes, & conten-
 tiones in vos: nō ne hoīes, & secundū hoīes estis?
 Ego dixi dii estis, & filii excelsi oēs: Vos autē sicut
 hoīes moriemini, & sicut vnus de principibus cade-
 tis. Siquis igit̄ sanctus est, Deus efficit: & si fact⁹ fue-
 rit Deus, desinit esse hō: & iam nō mentit̄. Cū igit̄
 inter mūdānos philosophos semper sint æmulationes,
 nō nisi hoīes sunt, hoīes quidē animales, atq; car-
 nales, meritoq; mēdaces, de quibus verissimē illud
 verificat̄, quod ibidē paulopost subscribit Hieron.
 dicēs. Cōsiderans contēplationē coelestē, & cogitās
 diuiniora intellexi, oē, quod nouit hō, esse menda-
 ciū. Itē in alio psal. dicit David, Nisi Dñs edificauerit
 domū, in vanū laborauerūt, q̄ edificat̄ eam. Vbi Hie-
 ronymus dicit, Nos sumus (secundū Aplm) Dei tem-
 plum, q̄a nisi p̄ Dñm nostrū Iesum Christū ædifice-
 mur super fundamēta Apostolorū & p̄phetarū, ina-
 nis erit p̄horū, & reliquorū seculariū doctōrū edifica-
 tio. Et in alio psal. Cōstent̄ (inqt) tibi Dñe oēs Re-
 ges terræ, q̄a audierūt oīa verba oris tui. Et cantent
 in viis dñi. Vbi Hieron. dicit, Reges terrę sunt isti, q̄
 regnāt p̄tō, ergo ipsi cōstent̄, q̄ regnāt p̄tō. Et sub-
 dit, phi hui⁹ seculi, nō cātauerūt in viis Dñi, sed nos
 cātamus i viis Dñi, hoc est i Moysē & in Esāia, & in
 Hieremia, & de viis istis, venimus ad illam, q̄ dicit
 Ego sum via. cātent igit̄ sacerdotes, & p̄dicatores
 in viis Domini, nō in viis philosophorū, & doctōrū
 secularium. Item in alio loco dicit idem propheta,
 Absorti sunt iūcti petræ iudices eorū. Vbi Hierony-
 mus. Et nunc ipsi heretici, licet per Arist. & Plato.

Primæ
 Cor. c. 3.
 ps. 81.

Primæ
 Cor. 3.
 Nota.

ps. 37.

Nota.

Ioā. 14. c

ps. 140.

- Nota.** videantur simplicitatem ecclesię contemnere, tamē quando venerint ad scripturas, statim absorbebunt à petra, hoc est à Christo. Et rursus inquit David.
- ps. 143.** Emitte manum tuam de alto: eripe me, & libera me de aquis multis, & de manu filiorū alienorum, quorum os locutum est vanitatem. Vbi Hieronymus.
- Nota.** Aquas multas interpretat̄ diuersas sectas, quæ non generant filios Dei, sed filios alienos, quorum os locutum est vanitatem, quoniam scientia illorū scientia vanitatis est: Subsequitur, Nempe Solomon sapientissimus rex Israel, qui post David patrē suum regnauit in Hierusalem. Hic in libro prouerbiorum primū dicit. Timor domini principium sapientiæ: Sapientiā, atq; disciplinā stulti despiciunt: Vbi timorem domini dicit non seruilem quidem timorē peccatorū, & iacturę, qui carnalis est, & ex amore sui proficiscens, quē & Dæmones habent, & impij, Sed filialem timorē & castum, qui introducit sapientiam, immo est ipsa sapientia, & fides, qua Deū credēdo, scimus esse, omniū creatorē, & gubernatorem, & pie illum cōplectimur, & reueremur, perpetuoq; suspicimus, agendo, vel omittendo, ne ei peccando displiceamus. Sapientia autē verbi Dei timori, & charitati iuncta, lusus est filijs huius seculi, quantūlibet secundum mundū sapientes videant̄, maxime autem sibi ipsis. Quid enim mūdo stultius, quā captiuare intellectū in obsequiū Christi, & crucē portare cū crucifixo? Cumq; philosophi in pluribus sibi contradicant, fidere tamen ipsis hoīes malunt, q̄ verbis Dei: de qua etiā sapientia, idē Solomon dicit. Si intrauerit sapientia cor tuū, & scientia animæ tuæ placuerit, cōsiliū custodiet te, & prudentia seruabit te, vt eruaris à via mala, & ab homine, q̄ peruersa loquit̄: Qui relinquūt iter rectū, & ambulant per vias tene-
- Cap. pri.**
- Cap. 2.**

broſas (.i. ſi non tuis propriis viribus ſacram erudi-
tionē aſſequaris, ſed ipſa veniat per Dei gratiam, &
occupet cor tuū, vt non ſolum ſapiēter loqui ſcias,
ſed & corde ſentias ſapientiam veram, & ſcientia. ſ.
verbi Dei animæ tuę placuerit: Sano & prudenti cō-
ſilio, circunſpicias tibi ab ingruentibus malis huius
mundi, vtilis, & ſacra eruditio præſeruabit te, ne im-
pingas in viā prauam, vt eruat te à via mala, à per-
niciſis doctrinis, & moribus, à uiro loquente per-
uerſitates, docēte errores, cōtra Dei legem præcipiē-
te, pro ſua libidine cōmodo vel gloria, & quæ op-
ponunt iuſtitię, & iudicio: & ſapiētia habitās in cor-
de pii præcauebit, ne ſectet pernicioſa dogmata eo-
rum, qui relinquūt ſemitas rectitudinis, ſacras cano-
nicas ſcripturas, & qui incedunt per vias ſemitarum
rationis humanę, & dictaminis naturalis, quæ fallit,
& fallit, & velut in tenebris impingere facit ſectato-
rem. Itē cum idem dicit. fili mi attende ſapientiam
meā, & prudentiæ meę inclina aurem tuā, vt custo-
dias cogitationes, & diſciplinā labia tua cōſeruent:
Ne intēderis fallacię mulieris: fauus. n. diſtillās labia
meretricis, lingua eiꝰ acuta quaſi gladius biceps. Ad
monitio eſt patris cœleſtis, ad nos filios ſuos, & ſub
parabola meretricis, vult nos philoſophiā humanā
deſtari, ſapientiamq; ab ipſo in ſcripturis diuinis
fidelibus traditā ſectari: veriſſima meretrix philoſo-
phia humana, & eruditio ſecularis eſt rhetoricis ſer-
monibus blandiens cōtra ſpiritum vitæ, & fidē ſcri-
pturę: Videſ enim ratio naturalis hortari ad opti-
ma, vt etiā audeat iudicare, & inuertere verba Dei,
& verba colorare nouit, vt alliciat, placeat, detineat,
& capiat incautos, foris grata, & veriſimilia promit-
tendo, ſed ab amore æternorū ſeducit, & à vera ſciē-
tia, animū implicat erroribus, cōſcientiā non ſolaſ,

Cap. 9.

sed reddit vanā, ac stultam, repletā doloribus. fidē enim & charitatem in Deum ridēt literæ seculares, studia philosophorū nec felicitatem præstant, quā pollicent, sed destinant orco obnoxios morti corporis & animæ: Et quod vera sit hæc huius loci interpretatio, attestatur Hieronymus, qui hunc locum enarrans sic ait, recte sapiētia huius mūdi, atq; concupiscentia eius fallax, mulier dicit, quæ per nitore gloriæ tēporalis, & peccati dulcedinē animas reproborum, dum demulcet, adeo meretricari facit, & de vana spe præsentis sæculi deceptos fallit. In eodem quoq; libro idem Solomon introducit sapientiam, quæ sic omnes inuitat dicens. Siquis est paruulus, veniat ad me, & insipientibus locuta est: Venite comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis: relinquite infantiam, & viuite, & ambulante per vias prudentiæ. Qui enim stultitiam cordis humani humiliter de se sentiens, euadere cupit, & erudiri scientia veritatis, incumbat sacre scripturæ, panem eius comedat, & vinum bibat. i. doctrinam moralem, & mysticas, literam, & spiritum, vtriusq; testamenti doctrinas accipiat: Credat mysteriis fidei, relinquat dictamen rationis excęcatę, quæ operatur in mortem. Et alibi dicit, lingua sapientium ornat scientiam, os fatuorum ebullit stultitiam. quia eruditi in lege Domini, & qui fide, ac vera sapiētia sunt imbuti, bene pronunciant de quæstionibus, religionē, & morem cōcernentibus, apte prædicāt virtutes, & vitia, poenam, & gloriam, os autem stultorum effudit stultitiam, qui sine spiritu sancto, sed cū scientiis mūdanicis, tractant verbum Dei, & illud magis confundunt, inuoluunt quæstionibus imperitis, & vanis, ac superuacaneis, cluduntur à verbo Dei, os humanæ eruditionis, & rationis mendacium, &

Cap. 9.

Cap. 15.

error naturalis non docet, nisi stulta, & impura: non
consolatur: erudit, vel erigit afflictas conscientias,
sed ligat, opinatur, seducit. Et infra dicit Solomō.

Cor sapiens quæret doctrinam, & os stultorum pa-
scetur imperitia. Quoniam quanto quis sacrę scriptu-
rę sapientior, tanto eiusdem sapiençę studiosior erit,
vt eam diligentius inuestigare cogatur, & delectet,
quia scriptum est. Qui edunt me, adhuc esuriēt, qui
enim eam propius nouerit, ardentius amabit, & os
eorum (de quibus scriptum est, dicentes se esse sapiē-
tes, stulti facti sunt) pascet stultitiā: Authoritate enim
magnorum mouentur etiam ad stulta, & impia. Dici
quoq; potest, os stultorum, loquendo adauget, pro-
diq; stultitiā, quia nihil, nisi stulta docebit, delicias
suas ducit stultescete, nugari, seducere assequi, sui si-
miles fallere, tempus, & homines. Et alibi. Melior est
(inquit) pauper, qui ambulat in simplicitate sua, quā
torquens labia sua & insipiens. Quoniam melior est
doctrina simplex cum fide, & castis moribus, quā
sophistica, & mundana eruditio, quæ stultitia est cor-
rām Deo, ambulare in simplicitate, est credere ver-
bo Dei, & illud simpliciter prædicare, & secun-
dum illud viuere, torquens verbo labia sua & in-
sipiens dicitur (quicumq; ille sit) qui simplicitatem
fidei, & verbi Dei deprauat, ac irridet. Et post mul-
ta in eodem libro Solomon dicit: Visio, quam lo-
cutus est vir, cum quo est Deus, & qui Deo secum
morante, confortatur ait, Stultissimus sum viro-
rum, sapientia hominum, non est mecum: Vbi
Hieronimus inquit, Visio (inquit) quam locutus
est vir, quia quod vidit apud Deum, secretiora con-
templādo, patefecit hoibus foras loquēdo. Quis qd
enim Dei spiritu confortat, hæc, quæ sequunt, pfat:

Eodem

cap:

Eccle. c.

24.

Rom. 1.

Cap. 19.

Cap. 30.

C A P. I X

Lucę
cap. 16.
Primę
Cor. 3.
Primę
Cor. pri.
Cap. pri.

Stultissimus sum virorū, & sapientia hōminum nō est mecum, filii enim seculi huius, prudētiores filiis lucis in generatione sua sunt. At apostolus si quis (inquit) videt sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, vt sit sapiens, & ipse de se, suisq; similibus, in quibus est Deus. Nos autē prædicamus Christū crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autē stultitiā: In Esaia autē, Dominus ad Hierusalem dicit. Quo modo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicii? Iustitia habitauit in ea: Nunc autem homicidæ: Argentū tuum versum est in scoriā, vinum tuū mistum est aqua. Vbi Hieronymus. Argentū interpretatur doctrinā scripturarū, quod versum est in scoriā, quod hebraice dicitur Sigim, rubigo videlicet metallorū, siue purgamēta, & sordes, quę igne excoquantur. Et dicit, omnisq; doctor, qui austeritatē scripturarum, per quam pōt audientes corripere, vertit ad gratiā, & ita loquitur, vt non corrigat, sed delectet audientes, vinum sanctarum scripturarū violat, atq; corrūpit sensu suo. Et alibi in eodē propheta legitur. Oēs sitientes venite ad aquas, & qui nō habetis argentum properate, emite, & comedite, venite, emite absq; argēto, & absq; vlla cōmuratione vinū, & lac: Quare appenditis argentū non in panibus, & laborem vestrū, non in saturitate? Vbi primo Hieronymus dicit, quia ergo omne vas fictū contra ecclesiā dixerat conterendū, & omnem vocē linguāq; quę se armauerat cōtra scientiā Dei, esse superandā, pro Ioan. 4. uocat credentes ad fluuiū Dei, q̄ repletus est aquis, & cuius impetus lētificat ciuitatem Dei, vt bibant aquas de fontibus Saluatoris, qui loquitur ad Samaritanā: Si scires gratiā Dei, & quis est, qui dicit tibi, da mihi bibere, tu petisses ab eo, & dedisset tibi aquā uiuentē: Et post multa dicit. Increpat eos, q̄ sequuntur

Nota.

Cap. 55.

Ps. 64.

Ps. 45.

Esa. 12.

Ioan. 4.

sapientiã secularem, & peruersas hæreticorũ, simulasq; doctrinas, & Phariseorũ traditiones, omnẽq; falsi nominis scientiã, quę eleuat contra Deum: Et magnis precijs, ac labore cõtinuo, appendũt argentum pro ea disciplina, in qua nõ sunt panes, & sudant pro his cibis, in quibus nulla saturitas est: Ex quo ostendit eam sectandã esse sapientiã, quę non est in folijs, ac flore verborũ, sed in medullis, ac fructibus sensuum, quę nõ aurem præteruolat, sed animum reficit, quã vt discamus nõ transimus maria, nec magnis sumptibus indigemus, sed pp̃e est verbum in ore nostro, & in corde nostro. Hęc ibi Hieronymus. Sequitur Hieremias, per quem Dominus cõtra illos Christianos, qui dimissis scripturis sacris seculares sciẽtias sequunt, conquiritur dicens. Obstupescite cœli super hoc, & portę eius desolamini vehementer: duo enim mala fecit populus meus, me dereliquerũt fontẽ aquę viuę, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quę continere non valent aquas. Et infra ad Hierusalem dicit Dominus: A seculo cõfregisti iugum meũ, rupisti vincula mea, & dixisti non seruiã: in omni enim colle sublimi, & sub omni ligno frondoso, tu prosternebaris meretrix. Vbi Hieronymus dicit: p̃t hoc & ad eum dici, q̃ ab initio christianus est, & ex parte sacris literis eruditus, postea desiderio secularis literaturę, quę significatur in collibus, & humanę eloquentię, quę in frondosis monstratur arboribus, prosternat se dæmonibus, qui sub occasione eruditionis, & sublimis scientię, polluunt credentiũ animas, & diuaricare faciũt pedes suos omni transeunti: Et idem propheta alibi dicit: Et erit in die illa dicit Dominus, peribit cor regis, & cor principũ, qui putabant esse sapientes, stultam enim fecit Deus sapientiã mundi, quia per illã

Nota.

Cap. 2.

Eodem
cap.

Nota.

Cap. 4.

non cognouerunt Deum, ipsi quoq; sacerdotes, qui legem domini docere debent, & subiectos sibi populos, à Leonis furore defendere, quod à stupore fatuati, vertent in amentiam, & prophetæ amētes erunt: quod tēporibus nostris verificari cernimus. Et per eundem prophetam iterum dicit Dñs, quia dereliquerunt legē meam, quā dedi eis, & non audierunt vocem meā, & non ambulauerunt in ea, & ambulauerūt post prauitatē cordis sui, & post Baalim, quod didicerunt à patribus suis: Idcirco hęc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego cibabo populum istum Absynthio, & potum dabo eis aquam fellis &c. Vbi Hieronymus dicit. Ergo nec parentum, nec maiorum error exequendus est: sed authoritas scripturarum, & Dei docentis imperium. Et rursus audite (inquit) Hieremias verbum, quod locutus est Dominus super vos domus Israel: Hęc dicit Dñs iuxta vias gentium nolite discere, & à signis coeli nolite metuere, quæ timent gētes, quia leges populorum vanæ sunt. Vbi Hieronymus dicit pprie aduersus eos loquitur, qui venerant coelestia, & quæ in signa sunt posita armorum, temporum & dierum, ab his existimant regi humanum genus, & ex causis coelestium terrena moderari, Quodq; ait, leges, siue legitima populorum vana sunt, oēm humanam sapientiam, futilem esse demonstrat, & nullam in se habere vtilitatem. Et parum infra dicit Hieronymus, quicquid de idolis diximus, ad omnia dogmata, quæ sunt contraria veritati, referri potest: & ipsi enim ingētia pollicentur, & simulachrum vani cultus, de suo corde confingunt, iactant grandia, & ad decipiēdos simplices, quasi aureis sensibus, & argenti eloquii splendore fulgentibus imperitorum obstringunt aciem, & à suis inuentoribus sublimantur, in quibus nulla est vtilitas, & quorum cultura

Nota.

proprie gentium est, & eorum, qui ignorant Deum:
 Quid vero prædicatores audientiū auribus inculca-
 re debeant, ostenditur per eundē prophetam ex pat-
 re Domini dicentē: Audiui quæ dixerunt prophete
 prophetantes in nomine meo mendaciū, atq; dicen-
 tium somniaui, somniaui: vsquequo istud est in cor-
 de prophetarū, vaticinantiū mendacium, & prophe-
 tātium seductiones cordis sui, qui volunt facere, vt
 obliuiscat populus meus nominis mei, ppter som-
 nia eorū quæ narrat vnusquisq; ad proximū suum,
 sicut oblitri sunt patres eorum nominis mei, propter
 Baal: propheta, qui habet somniū, narret somniū, &
 qui habet sermonē meū, narret sermonē meū vere:
 qd paleis ad triticū dicit Dñs? Nūqd nō verba mea
 sunt quasi ignis dicit Dñs? Et quasi malleus cōterēs
 petras? Et pulchre (vt inqt Hieron.) doctrina puerfa
 (qualis est philosophorū gentiū, præcipueq; Arist.)
 paleis cōparat, quæ medullā non hñt, nec possunt
 nutrire credentiū populos, sed de manibus stipulis
 conterant. Osee insuper ppheta dicit. Seminate vo-
 bis in iustitia, & metite in ore misericordiæ: Innoua-
 te vobis nouale, tēpus autē requirēdi Dñm cū vene-
 rit, q̄ docebit vos iustitiā. Vbi Hieron. dicit iis, q̄ ab
 ecclesia separati sunt, & falsum sibi christianorū no-
 mē assumūt, præcipit, vt agāt pœnitētiā, & vtrūq; re-
 cipiāt testamētū, In veteri i iustitia seminēt in nouo
 metant misericordiā, & illuminēt sibi lumē iustitiæ,
 siue innouent sibi noualia, & requirant Dñm, qui
 docere eos potest veram iustitiā falsosq; magistra-
 tus destruant, à quibus non discunt iustitiam, sed ini-
 quitatem. Postremo Aggeus propheta quoq; dicit.
 hæc dicit Dñs exercitūū ponite corda vestra super
 vias vestras, ascēdite in montē, & ædificate domū,
 & acceptabilis mihi erit, & glorificabor dicit Dñs.

Nota.

Cap. 33.

cap. 11.

Cap. pri.

Nota.

C A P. IX

Vbi Hieronymus nobis (inquit) præcipite non extra vias nostras ponere corda nostra, sed quæ prius posueramus, rursus ponere in viis nostris, postquã hoc fecerimus ascendere de domibus concauis in montẽ, vt cum peruenerimus ad sermonis altitudinẽ, in quo necessaria ad ædificationẽ templi ligna sunt, de omni scripturæ sanctæ monte, in quo varia virtutũ, & paradisi ligna plantata sunt, præcidamus ea, & ædificemus tẽplum Domini operibus bonis, & dogmatibus veritatis, quodcũq; fuerit extructũ, placebit Domino, vt glorificet in eo: Et subdit Hieronymus. Igitur quia hæc mada sunt nobis, vt ponamus corda nostra in viis nostris: ascendamus in montẽ rationabilem, & ad singula problemata congrue de testimoniis scripturarũ ligna quærentes, præcidamus ea, & ædificemus domũ sapietia in nobis, postquã enim hæc fuerit extructa, finis ædificationis ei⁹ erit, vt Dominus glorificet in nobis. Possem & alia cõplura testimonia ex veteris instrumẽti libris afferre, sed ne plus equo volumen excresceret, hisce paucis standum putavi.

¶ Capitulum decimum, in quo ostenditur, quod quicquid boni philosophi gentiũ dixerint, hausisse eos è sacris literis veteris testamenti.

Satis mihi quidem videor dixisse de proposito veritate, cum non modo Apostolorum, sed patris Iesu Christi eius filii dilecti, & vtriusq; instrumenti etiã testimoniis, ipsam veritatẽ ita demonstrauerim, vt nihil iam ad hanc causam sit retractandũ: quoniã tamen superciliosos video pluris hominũ, quã scripturæ sanctę authoritates facere: Nũc sequẽter orthodoxorũ doctorũ, & patrũ quãplurimorũ,

necnon scholasticorum quorundā testimonia subū
 ciam: Verum priusquā id obsoluam, operę precium
 duxi manifestare philosophos ex sacris literis vete
 ris testamēti haussisse, quæcūq; optima in suis libris
 ipsi conscripserunt, vt his patefactis conuenientior,
 in cæteris eorū detestatio, à Christi fidelibus cōpro
 berur. Tertulianus igit (absq; cuius lectione, vnā
 diem nunquā Cyprianum præteriisse scribit Hiero
 nymus in libro de viris illustribus) in apologetico
 aduersus gentes, ita scribit. Omnia aduersus verita
 tem de ipsa veritate cōstructa sunt, operātib; æmu
 lationē istam spiritibus erroris: ab his adulteria huius
 modi salutaris disciplinæ suborta: ab his quædam
 etiā fabulæ immisissę, quæ dissimilitudine fidē infir
 marēt veritatis, vel etiā, si possent, euincerent, vt qd
 ideo nō putet christianis credendū, quia nec poetis
 & philosophis, vel ideo magis poetis & philoso
 phis existimet credendū, quia nō christianis. Itaq;
 irridemur Deū p̄dicātes iudicaturū. sic. n. & poetę,
 & philosophi tribunal apud inferos ponunt. Si ge
 hennam cōminemur, quę est ignis arcani subterra
 neus ad poenā thesaurus proinde decachinnamur.
 Sic enim & Pyriphlegethon apud mortuos amnis
 est, & si paradysum nominemus locū diuinę amoeni
 tatis recipiēdis sanctorū spiritibus destinatū, mate
 ria quadā igneę illius Zonę à notitiā orbis cōmu
 nis segregatū, Elysi campi fidē occuparunt. Vnde
 hæc oro vos philosophis, aut poetis, tam cōsimilia,
 nō nisi de nostris sacramētis vt de prioribus? Ergo
 fideliora sunt nostra, magisq; credenda. hætenus
 Tertullianus. Diuus veto Ambrosius in libro episto
 larum secūdo inquit. Quis est, qui Sophoclea in me
 diū ferat carmina dicētia. Iuppiter mihi præest, nul
 lus autē hominū? Quantō antiquior Job? Quanto

Tertulia
 nus.

Cap. 46.

Ambro
 sius. Epi
 sto. a 7.

Cap. 10.

August.

Cap. 28.

vetustior David? Agnoscant ergo de nostris se habere, quæcūq; præstātiora locuti sunt. In lib. quoq; de bono mortis, Idem Ambrosius dicit. Sed Esdre vsus sum scriptis, vt cognoscāt gentiles ea, quæ in philosophiæ libris mirant, trāsata de nostris. Cōfir-
 mat hęc sententiā August. q in lib. primo de doctrina christiana, sic inquit. De vtilitate aut historię, vt
 mittā Græcos, quantā noster Ambr. quæstionē soluit calūniātibus Platonis lectorib⁹, & dilectorib⁹, q dicere ausi sunt, oēs Dñi nostri Iesu Christi sententias, quas mirari, & prædicare cogunt: de Plato. lib. eum didicisse, qm̄ longe ante humanū aduentum Dñi Platonē fuisse negari non pōt. Nonne memoratus Episcopus, cōsiderata historia gentiū, cum Platonem reperisset, Hieremię prophetę tēporibus, profectū fuisse in Ægyptū, vbi tunc ille propheta erat, pbabilius esse ostēdit, q Plato potius nostris literis per Hieremiā fuerit imbutus, vt illa posset docere, vel scribere, quæ iure laudant? Ante literas enī gentis hebręorū, in qua vnus Dei cultus emicuit, ex qua secundū carnē venit Dñs noster, ne ipse quidē Pythagoras fuit, à cuius posteris Plat. didicisse Theologiā isti asserūt. Ita cōsideratis tēporibus, sit multo credibilis, istos potius de literis nr̄is habuisse, quæcūq; bona, & vera dixerūt, quā de Plat. Dñm nostrū Iesum Christū, quod dementissimū est credere. p̄pterea Bessa. car. Nice. & patriar. Cōstātinop. i lib. tertio in calūniatorē Platonis ab ipso conscripto sic dicit. Quid igit sit, quod Plato à poetis male accepit? Equidē hūc plura à sacris literis nostris video, quā à suis poetis accepisse, qm̄ in Ægyptū profectū audiuisse Hieremiā prophetā, conuenit (vt August. ex sentētia diui Ambrosii refert) nec incredibile sibi videri dicit⁹, hebręas literas illum didicisse: Vnde

Bessariō

Cap. 3.

quod in Timæo de mundi creatione scripsit ex libro Gene. accepisset. Sæctus quoq; Cyrillus doctor singularis, in libris, quos contra Iulianũ in defensionẽ sacri Euāgelii edidit, Pythagoras (inqt) & Plato, cũ in terra Ægypti operã disciplinis darent, multorũ aliorũ virorum illustriũ, & in primis Moyſis doctrinam p̄ suo studio, nõ ignorarũt. Erat enim per id tẽpus apud Ægyptios nomẽ Moyſis, nõ in mediocri admiratione: Vnde rationẽ Dei, hoc est primę causæ, eos quidẽ integrius accepisse, p̄indeq; sensisse, differuisseq; melius cæteris de rebus diuinis existimo. Idẽ quoq; Eusebius, Pãphilus vir doctus, & varia rerũ historia peritissimus, narrat in aliquot libris præparationis Euāgelicæ, q̄ lógus de Platone progrediens, oẽm ferẽ Theologiæ Platonice à sacris literis nostris acceptã esse ingenue fatef. Iustinus etiã martyr in paraclesi ad gẽtes, & Theodorit⁹, de Græcorũ affectionibus, Platonẽ ex Hebræorũ libris, multa in suos trãtulisse scribunt. Hinc Numenius (teste Eusebio libro vñdecimo de præparatione Euangelica) dicebat, Quis est enim Plato alius quã Moyſes attice loquens: & Aristobolus iudæus, ad Philometora libro primo (sicut Eusebius citat) legẽ (inqt) nostram in multis Plato secutus est, aperte nanq; in multis examinasse singula videtur: Mosaica enim volumina, ante Alexandrũ, & ante Persarũ imperiũ traducta fuerant: vnde plurima sicut & Pythagoras philosophus ille accepit. Ioãnes quoq; Chryſosto. Io. Chry super Ioannem dicit. Hos quæso admirandos duos, qui nullam inuisibilis Dei cognitionẽ habuerũt, quod si quã perceperunt, id euenit ex quo in Ægypto cum nostris versati sunt. Et Augustinus rursus, in libro de ci. Dei 18 inquit, longe qui sũt ante sapientes, quã philosophos habuit Græcia, sed tamen post

Cyrillus.

Eusebius

Iustinus.
Theodoritus.

Cap. 6.

Aristobolus.

Io. Chry
Hom. 65
August.
Cap. 39.

C A P . X

Abraam, & Isaac, & Iacob, & Ioseph, nimirū etiam post ipsum Moysen, & ostendit p̄sequenter propheticā authoritatē omni origine gentilis philosophiæ inueniri antiquiorē, & prophetas p̄cessisse, & oēs philosophos, & poetas, quod etiā ex his libris colligere possumus, quos cōtra Appianū Alexandrinū Ioseppus scripsit: Et non solum de Pythagora, atq; Platone, sed & de omnibus philosophis antiquis, qui quædā magna diuinitus adiuti inuenerunt: Inquit Augustinus in prædicto libro de ci. Dei, quicquid philosophi quidā inter falsa, quæ opinati sunt, veri videre potuerunt, & laboriosis disputationibus persuadere moliti sunt, q̄ mundū istum fecerit Deus, eumq; ipse prouidentissimus administraret, de honestate virtutū, de amore patriæ, de fide amicitie, de bonis operibus, atq; omnibus ad mores probos pertinentibus rebus, quāuis nescientes ad quē finē, & quonā modo essent ista omnia referēda, prophetis, hoc est diuinis vocibus, quamuis per homines in illa ciuitate populo cōmendata sunt, nō argumentationū concertationibus inculcata, vt nō hominis ingeniū, sed Dei eloquiū cōtemnere formidaret, qui illa cognosceret. Qui etiā Augustinus in libro octauo de ci. Dei inquit. quod si de theologia disceptandum sit cū Platonicis, potissimū id est peragendū, quorum opinioni omniū philosophorū postponēda sunt dogmata, de quibus etiā in eodem lib. ait. Sed ideo cū Platonicis magis placuit hanc causam agere, quia eorū sunt literæ notiores. Nā & græci, quorū lingua in gētibus præeminet, eas magna p̄dicatione celebrarunt, & latini permoti earū vel excellentia, vel gloria, ipsas libentius didicerunt: atq; in nostrū eloquium transferendo nobiliores, clarioresq; fecerunt. Vbi Ioan. Ludouicus Viues hæc, quæ sequuntur

Cap. 14.

Cap. 5.

Cap. 10.

sequuntur annotauit: A tēporibus Platonis, & Arist. Nota.
 vsq; ad Alexandrū Aphrodisæum, qui vixit Seuero,
 & eius filio principibus, Arist. nominabatur magis,
 quā vel legebatur à doctis, vel intelligebat. primus
 ille aggressus eum enarrare, & adiuuit studia multo-
 rum: & ad alia in eo philosopho quærenda excita-
 uit, mansit tamen crebrior, in manibus hominum, &
 notior Plato vsq; ad scholas in Gallia, & Italia pu-
 blice constitutas. i. quādiu græca, & latina lingua vi-
 guerunt: postea vero quā Theatricæ cœperunt esse
 disciplinæ, omnisq; earum fructus existimatus est,
 posse disputando fucū facere, & os obturare, & pul-
 uerem ob oculos iacere. Idq; imperitissima peritia,
 & nominibus ad libitum confectis, accomodatioribus
 ad rem visi sunt libri logici Arist. & physici, relictis
 eius multis præclaris operib; Platone vero, & quod
 ab eis nō intelligeretur, quāuis multo minus Arist.
 & quod artificium non videretur docere, ne nomi-
 nato quidem, non quod minorem aut eruditio-
 rem putem Platone Arist. sed quod ferendum non est
 Platonem sanctissimum philosophum præteriri, &
 Arist. ita legi, vt meliore reiecta parte, quæ retinetur, Nota.
 id cogatur loqui, quod ipsi iubent, stultitias meras,
 quales non dico Arist. sed nec quisquā illius tēpo-
 ris per furorem cogitarit: Hactenus Ioā. Ludouicus
 Viues, cuius sententia an vera sit, diiudicent, qui pe-
 ritiores habentur. Amplius & cum his cōuenit Phi-
 lastrius Episcopus Brixien. de quo diuus Aurelius Philast.
 Augustinus in epistola quadam, ad quod vult Deū,
 inter alia sic ait: Philastrius quidam Briexien. Episco-
 pus, quem cum sancto Ambrosio Mediolani etiam
 ipse vidi, scripsit hinc librum, nec illas hæreses præ-
 mittens, quæ in populo Iudæorum fuerunt ante
 aduentum Domini, easq; 20 & 8 commemorauit.

Et post Domini aduentum: 120 & 8 scripsit: Is igitur hæresim declarans, quæ pecudum paganorum (ut ait) vanitate syderum diuersa nomina profitetur, inquit, vt Hermes ille Trismegistus, qui vanus potius, quàm magnus iudicandus est: & Poetæ quidam ei conformes, qui Cometas, & Pogonias, & Hyadas, Hædos, & talia huiusmodi adserunt, nomine delirantes, cum scriptura pauca nomina syderum nobis dixerit, dicente Iob propheta: Antequam pagani, & sanctis scripturis nomina transtulissent, dicit enim ipse Iob, qui fecit Pleiades, & Arcturum inquit, & Hesperum, & Austrum, & Oriona, & Luciferum. Hæc itaque nomina, à sanctis scripturis accepimus nunciata, nam omnium syderum nomina non dixit scriptura, sed potestati Dei reseruauit, per prophetam declarans, & dicens ita, Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat. Hæc itaque pauca nomina legentes, è sacris scripturis, poetæ postea falsique philosophi ausi sunt, vsurpantes suis mendaciis, & alia plurima copulare, atque impietatis semina seculo prædicare, vt ex iis sperare putarent, etiam omnium syderum, aut plurimorum nomina posse comprehendere, cum omnium syderum nomina non alius, nisi Deus Christus, per quem fecit Deus pater vniuersa, posuerit, & sciuerit, atque eis singula nomina vocauerit (vt scriptum est) Item dum idem Philastrius, sermonem facit de quibusdam hæreticis qui de diuisione terræ, & partitione habitationis, rectæ, non sentiunt disputantes, quod Græci coeperint, aut Ægyptii, aut Persæ, describere orbem terræ vniuersum, non beatus Nobe suis filiis tribus post diluuium diuiserit, dederit, ac diffinierit, & partierit ordine. Vnde postea Historiographi accipientes, velut quaedam semitas, diuersis sunt falsitatibus ementiti.

Inter alia sic ait . Siquid autem falsitate Græcorum putatur esse antiquum temporale modis omnibus ipsorum authoribus testantibus comprobatur , Solone testante Atheniensibus, quod ab Ægyptio audiverit sacerdote, dicente ei Solon Solon, Græci vos semper estis novelli, atq; pueri: Græcus autem nunquam erit senex, aut antiquus, neq; doctrinam aliamquam, aut scientiam habetis antiquam, sed ab aliis raptam, atq; inuasam habetis, eamq; diuersis mendaciis immutatam exponitis, atq; ita homines edocetis. Plato enim in Timæo ita dicitur . Nam post confusionem linguarum, tunc nomina diuersa coeperunt emanare, atq; inde sumentes Græci historiographi, duo, aut tres diuersa velut monumenta conscribentes, temporalitatem cum suam volunt obumbrare, atq; abscondere, à suis testibus, mendacissimi iudicati sunt, atq; comprobati, clarius autem hoc idem manifestat in eo loco, in quo loquitur de Hæreticis quibusdam (vt Manichæi, & Gnostici, & Nicolaitæ, & alii sunt) qui de beato Dauid ausi sunt dicere, quod non CHRISTI propheta fuerit, neq; doctor, & commentator diuinarum omnium scripturarum, sed humanæ cantationis, ac secularis rei conscriptor extiterit. Ibi enim post nonnulla, sic inquit. Nam quod & Græcorum, ipsa quæ videtur esse sapientia, ex lege, atq; prophetis, & specialiter de Dauid, sit secundum tempus omnibus manifestum. Ideoq; & Poetæ, aliq; sapientes versibus, quod voluere dicere, imitando eundem conati sunt fingere: quæ argumenta, cum de lege, atq; prophetis sumerent, immutatis nominibus cum iura veritatis violare prosperant, suæ perfidiæ diuersa mendacia in seculo seminant. Inde hæc ignorantes quam plurimi secu-

lares homines, atque imperiti temporalitatis pagana mendacia potius, quã salutaris christianæ legis, antiqua, & vera arcana desiderat colere, atq; seque firmamenta. Amplius loquens de hæreticis, qui sicut Iudæi septuaginta duorum sanctorum sapientissimorumq; victorum interpretationem respicientes, Aquilæ cuiusdã hominis vnus Pontici, qui post annos multos interpretatus est, editionem suscipiunt sic inq̃t. Septuaginta duorum decreta, atq; consulta, ea leges ecclesia catholica semper habet, & detinet incunctãter, illius autẽ quasi supflua, ita estimat esse, & iudicat. Hæc etenim. i. septuaginta duorũ interpretatio, sub Ptolemæo rege Ægyptiorum, post Alexandrũ, Macedonem, est edita omnibus, populõq; iudaico in Hierusalem data est, cum habitarent non multi Iudæi, velut in subiectione iam positi regis Ægypti, rogatiq; ab ipso Ptolemæo, vt interpretes mitterent Alexandriam. Quo cum venissent septuaginta duo sapientes, ac prudentes viri interpretes, secundum iussum regis hebræam linguam Græco sermone interpretati, græcis literis ediderunt, sicuti factũ est. Cumq; suscepisset eos Ptolemæus rex Ægypti, tentate volens, si esset eorum diuina scriptura, quã legébant Iudæi, separatim quẽq; iussit includi in cubiculum, nullumq; videre aliũ, nisi solo excepto eo, qui interpretem exciperet dictantẽ: omniumq; accipiẽs postea interpretationem, cotidie cum consentientẽ in vnum inueniret editionem omnium, iussit conscribi, atq; poni in tẽplum, vt venientibus de Achaia, de Græcia, atq; aliis prouinciis, Philosophis, poetis, & historiographis cupiẽtibus legendi copia nõ negaretur. Vnde & maxima argumenta sumentes Philosophi, Poetæ, Oratores, atq; Historiographi, sicut voluerunt, ad suæ paganitatis mēdacia transu-

Ierunt, aliisq; nominibus rudes puerorum animos edocentes legem Dei diuinam irritam seculo face-
 re properarunt, impietatisq; semina in sono verboꝝ,
 in periculosis sententiis confirmarunt, quorum cau-
 sa dicebat & Dominus, fures, atq; latrones eos fuis-
 se, in omnibus atq; ab omnibus cognoscendos. Tã-
 dem post hos omnes Ioan. Franciscus Picus in lib.
 secundo in examen vanitatis doctrinæ gentium, &
 veritatis christianæ disciplinæ, postquã conclusit,
 gentium philosophos, qui de veritatis iudicio, & de
 ipsa veritate inter sese decertarunt, nihil tandem cõ-
 corditer pacate, sineq; lite decreuisse, hæc continuo
 subdit. Sine lite autem sacræ vtriusq; diuini testamē-
 ti literæ, ex quibus nostram. i. christianam disciplinã
 petimus, Vbi sine dissensione veritas, sine vago, &
 anxio discursu, & vnius Dei cognitio, & plurium
 abdicatæ superstitiones deorũ, & vana pugnãtiaq;
 quibus ad felicitatem existimabant philosophi iter
 patere dogmata refutata. Nam de ipso Deo, q̄ sit
 vnus, q̄ omnes dii gentium dæmonia, q̄ sacris mo-
 ribus, & præceptorum diuinorum obseruatione itur-
 ad Deum, in quo est vera felicitas: Moses diuinitus
 doctus, iam multis antea seculis aperuerat, in quibꝰ
 non solum celebrati vlli erant gentium authores, vt
 Græcia maxime, sed ne ipsæ quidem literæ vige-
 bāt, quas in eã ipsam, alii ex Phoenicia, alii ex Ægypto
 maluerunt importatas, sed ex Hebræis verius in illã
 migrauerẽ. Cuius rei, cum alii, tum Nazianzenus
 Greg. in primo contra Iulianum imperatorem libro
 fecit mentionem. Aperuerat certe Moses, & signis,
 atq; prodigiis: non vanis philosophorum syllogis-
 mis comprobauerat, quando percussa est multiplici-
 ter Ægyptus Virgæ portentis, quando eadem Vir-
 ga rubrũ mare diuisum est, quando eiusdẽ percussu

Ioã. 10;
 Ioã. Frã-
 ciscus Pi-
 cus.

Cap. 37.

Virgæ, aqua de Petra manauit, quando peracta sunt plura miracula, vt non humanæ caliginis, sed diuinæ lucis euidētissima signa hominibus, & ad bene viuendum, & ad optime sperandum præberentur. Huius doctrinam celebratissimi gentium philosophi, Pythagoras, Democritus, Plato, secuti magis quàm consecuti, vel errore multitudinis ducti, vel Areopagi, & Cicutæ metu persuasi, & posthabuerunt, & suis fabulis miscuerunt. Ipse quoque Moses duro Hebræorum & obstinato populo consulens, eidemque rudi, & in erroribus maxime pertinaci, verba faciens, prophetam alium diuinitus mittendum insinuauit, cuius dicto si audirent bene illis esset, atque beate: Si obaudirent, diuina eos vindicta maneret. Hunc Hebræis promissum Iesum Christum fuisse, sanguis Martyrum plene testatus est: ratio comprobauit, euenta monstrant: populi, atque nationes assensæ sunt: miracula confirmauerunt, & innumerabilis malorum Dæmonum turba confessa est. Idem etiam Ioan. Franciscus in epistola quadam, quam, ad sanctum Pagninum Lucen. ordinis prædicatorum sacre theologiæ doctorem & concionatorem apostolicum scripsit, & eiusdem sanctis interpretationi vtriusque testamenti, nouiter ædite, præponitur: hæc dicit. Nam si constat Orpheum cognitus quæ scripserat Moses palinodia cecinisse, si Orphei imitator Homerus, quem gentium consensus literarum principem, & Iustinianus imperator omnis virtutis patrem appellauit (ita est eum antiquitas demirata) si Homerus inquam ut est à, vetustis atque doctissimis nostre religionis authoribus traditum, & malorum hominum penas post obitum & superbiorum gigantum fractos ausus, & coeli terræque conditam mole, & terrestrem paradysum, didicit à Mose, & à regni sanguinis propheta Luciferi casum? quæ postea lusit, & in pena Tityi, & in Othi & Ephialtis pu-

Deutero
Cap. 18.

gna, & in Achillis scuto, & in horto Alcinoi, & in
 deliciendo ^{ἀμν} ab Olympo, qd causę ē vt q carmini
 bus oblectantē indidē vereant addiscere, non quod
 delectet tantūmodo, sed etiā maxime iuuet, non q
 ludant aut iocentē, sed quod serio tanq̄ iter substernant
 felicitati? Eoq; alacrius atq; iucūdus, qm̄ non
 solū Homero & Orpheo, sed etiā gentiū diis, quos
 illi suis plurimū celebrarūt nugis, vetustior omniū
 penē historicoꝝ, Græcorum consensu Moses, etiā
 prius fuerit author heroici carminis illustriū scripto
 rum testimonio. Si Pythagoras atq; eū in vltra mun
 danis rebus secutus Plato, secutus & in Ægyptia pe
 grinatione à sacris literis didicere multa, & in pro
 prios philosophię libros transfulere, quod non so
 lum Numenius Hermippus aliq; gentium philoso
 phi, sed nō parū multi quoq; nostrę religionis theo
 logi scriptū reliquerūt. Illud sanē literis mandatum
 est, Platonē cum alia, tū præcipue ideas à Mose non
 rite decerptas, Iouis hortos ab irriguis Solomonis
 campis euulsos suis libris inseruisse, & Attici Mosis
 cognomentum apud nonnullos obtinuisse Pytha
 goreos, & resurrectionem corporum, extremiq; iu
 dicii meram, in animum ad missas in decimum de
 R. P. librum sub resurgentis specie militis refu
 disse. Si Clearchus peripateticus, & post Clearchū
 aliū Aristotelem à viro Iudęo perdoctum, memo
 rię prodiderunt. Deniq; si alii quoq; gentium ma
 gni & celebrati authores Poetę, Oratores, Philo
 sopher magnis laboribus per sacrarum literarum pe
 lagus eremigarunt suę & aliorum siti & inedię con
 sulturi, cur nos aut pudet, aut piget in earum dulci
 & tranquillo oceano sedare sitim? Et nostris reti
 bus balenas vice opsonioꝝ in litus ducere, vñ illi
 minutos pisciculos male p̄pactis hamis extraxerūt:

C A P. X

& pauca enim ex illis differuerunt, & inter differen-
 dum fatagerunt veritatis nitorem vel falsis supersti-
 tionibus, vel infirmis inuentis, atq; inter se pugnaci-
 bus obnubere. neq; enim poterant cęcutiētibus ani-
 mi oculis puram lucem splendidissimi iustitię solis
 intueri. Maxima itaq; cum restent pacata nitida, sem-
 perq; supersit, quo proficias, Sunt enim diuina illa
 & augustissima scripta, humani autem & angusti co-
 gitatus nostri, Num ab illis potius neu magistris pro-
 batissimis atq; diuinis discemus q̄ ab humanis im-
 probatisq; discipulis? Qui paucis veris etiam insyn-
 cere perceptis plura falsa miscuerunt, narrare ausim,
 nisi vereret excedere præscriptum epistolę terminū,
 quā præcellentem q̄ synceram q̄ copiosam & faci-
 lem veritatem ex omnibus diuinis libris haurire no-
 bis datum est, & q̄ omnia illis humana scripta lon-
 gissime subsidant, & q̄ non difficulter in singulis
 omnia in omnibus singula liceat inuenire, tam & si
 aliquanto cōspectus aliqua è quibusdam partibus
 eluceant, vt Dei omnipotentia & rerum naturę pri-
 mordia in Mosis voluminibus Dei iustitia, eiusdēq;
 veridica promissa in naue filii scripto. Dei clementia
 & protectio mirabilis ostensa diuinitus, in Regum,
 & Ducum, & populi Iudęorum gestis. Dei prouiden-
 tia nunquā satis celebrata in prophetarum oraculis
 & Iobi carminibus. Delectus, & moderatio degen-
 dę vitę, rerum pereuntium contemptus, syncerus
 amoris in Deum impetus, in Solomoniis monumē-
 tis. Atq; istęc omnia in eius patris diuina voce sæ-
 pe laudati numerosis hymnis. In quibus præter alia
 delitescerat opertum, quod Dei filius aperuit, quod
 eius apostoli deducto literę cortice reuelarunt. Nā
 & hæc ipsa quæso te in sacris literis, & facilius disce-
 rent, & felicius multi? q̄ aliis in lucubrationib; affe-

ditiones entis, quæ fundamenta relationum, quæ de subiecto doctrinarum laboriosas & anxias quæstiones, quæ alia parum vtilia, ne dicam vana, quibus identidem affliguntur irrequieta mente, & lassata semper, nunquam satiata. Presto enim occurrit viro acris ingenii in quibus argumenta fundere queat. Contra adsunt mediocriter docto, & in literariis conflictibus versato, unde repellere argumenta possint. Nam qui præter antiqua dialecticæ præcepta, & nouas regulas, etiam nostræ tempestatis morem inter disputandum, & concipiendi quæcunque imaginationi occurrunt. & minutissimæ quæ occurrerunt distinguendi, vt hinc inferre, inde referre literalia queas prælia, probe percalluit, & necesse esse quo quomodo quod offertur, & pariter solui posse quod connexum est, nullo erit pacto negaturus. Absolui scripta sacra non posse IESVS Deus & homo sua voce sanxit. Verum his dimissis ad testimonia interpretum scripturæ, & eorum, qui aliquid aduersus philosophos scripserunt accedamus.

Capitulum vndecimum, in quo ponuntur
authoritates diuorum Dionysii;
Ignatii; & Polycarpi.

Dionysius ergo Areopagita, qui ab apostolo Paulo Athenis instructus, credidit, secundum ea, quæ in Apostolorum actibus designantur, & primus (referente Eusebio in historia ecclesiastica libro quarto) apud Athenas ab eodem apostolo Episcopus fuit ordinatus, vir equidem neque Platonius neque Aristot. stoicus, aut Epicuræus: sed Iesu vitæ authoris & Spiritus sancti verus philosophus, & cuius vere (si tempora dedissent, vt recte inquit Faber) Plato, & Aristot. se etiam beatos putassent, eius nominari discipulos. Hic inquam Dionysius sacratissimus; &

Dionysius
Cap. 23.

Nota.

beatissimus pater in exordio libri de diuinis nōmī-
 nibus inscripti, inquit. Sit autē modo quoq; nobis
 ea, quæ semper, definita lex, eorum, quæ de Deo di-
 cuntur, tueri veritatē, non in persuasibilibus huma-
 næ sapiētīæ verbis, sed in ostensione Theologorū
 à sancto spū agitatæ virtutis, per quā ineffabilibus,
 & incognitis, ineffabiliter, & ignote coniungimur
 præstātore illa vnione rationalis nostræ spiritualisq;
 virtutis, atq; actionis. Nulla ergo ratione præsumen-
 dum est aliquid de supersubstantiali, secretissimaq;
 deitate, aut dicere, aut cogitare, præter illa, quæ no-
 bis sacra eloquia tradiderunt: Nam suprema, diui-
 naq; scientia ignorationis illius, sermonem omnē,
 & sensum, substantiamq; superantis (qua ipsum su-
 persubstantiale noscitur) ipsi ascribenda est, tantūq;
 fas est ad celsiora contendere, quantum seipsum di-
 uinorum eloquiorum radius insinuare dignatur, cō-
 paramusq; vires nobis ad supremos illos fulgores
 hauriendos innocue: si diuina sobrie, & pie, cas-
 steq; reueremur: Nam siquid sapientissimæ, veris-
 simæq; Theologiæ credendum est, pro captu ani-
 morum diuina reuelantur, atq; spectantur, Dei. sc.
 bonitate, per saluberrimam iustitiæ immensitatem,
 quippe quæ incomprehensibilis ab iis, quæ sub mē-
 suram cadunt, quemadmodum decet dirimente.
 Sicut enim spiritualia carnales percipere, & inspicere
 nequeunt, & qui figmentis, ac figuris inhæ-
 rent ad simplicia, figurisq; vacua non aspirant,
 & quæ secundum corporum linamenta afforman-
 tur, incorporearum rerum informabilitatem, nec
 tactui, nec figuris obnoxiam, nequaquam attin-
 gunt: eadem quoq; veritatis ratione, superemi-
 net substantiis omnibus supersubstantialis infini-
 tas: sensusq; excellit omnes vnitas, sensu eminen-

tior, ac mentibus omnibus, inexcogitabile est illud vnum mente superius, ineffabileq; est, verbis omnibus bonum, quod superat verbum, vnitas vnifica totius vnitatis, supersubstantialisq; substantia: & intelligentia nequaquam intelligibilis, & ineffabile verbum sermonis, & intelligentiæ: nominisq; priuatio, quæ iuxta nullam substantiarum est, & cum omnibus, vt sint, causa sit, ipsum non est, vt pote omni essentia superius, & vt ipsum de se proprie, periteq; negantibus verbis enunciat. De hac igitur, vt dictum est, supersubstantiali, sacratissimaq; deitate neq; dicere quæquam, neq; cogitare præsumendum est aliter, quàm sacra nobis eloquia, pie admodum, casteq; tradiderunt. Ecce hic sacratissimus diuinæ reuerentionis sapientiæ author, à terrenis philosophis præsidia in pertractatione diuinorum non esse quærenda protestatur, sed diuina esse pertractanda, ita & non aliter, quàm sacra nobis eloquia admodum pie casteq; tradiderunt: Qui etiã Dionysius (vt etiã refert, & recte Iacobus Faber) solummodo Euangelia, Petrum, Iacobum: Ioan. Iudã: Barthol. Ioseph iustum: Paulumq; & Hierotheum, diuinissimos suos præceptores, Ignatiũ, & prophetas, ad suorum dictorum robur, & confirmationem solet adducere: & infra in eodem libro dicit. Verum (quod in aliis dixi) quæ supra nos sunt, si more nostro accipiamus, familiaribusq; inuersionibus, sensibus, diuina nostris offerentes fallimur, quæ diuinum illud arcanum iuxta visibilem speciem persequamur. Cum scire profecto debeamus animum nostrum partim habere intelligendi virtutem, per quam intelligibilia aspicit, partim vniõnem mentis naturæ præcellentem, per quam iis, quæ sunt supra se, iungit. Hac itaq; oportet diuina intelligamus, non humano more, sed toti integre à nobis ipsis excellentes, atq; prorsus in Deum transeuntes:

Cap. 79

Nota,

C A P . X I

Ignatius

præstat enim Dei esse, quàm iuris nostri. Sic denique tradidit
 diuina nobis poterunt, si cum Deo fuerimus. Diuus
 vero Ignatius episcopus Antiochenus, & beati Iohannis
 euangelistæ discipulus in epistola ad Trallianos in-
 quit: sunt enim quidam vaniloqui, & mentis sedu-
 cttores, non christiani, sed Christum mercantes sedu-
 ctione, circumferentes nomen Christi, & cauponan-
 tes verbum Euangelii, & venenum erroris commi-
 scentes dulci blandimento, sicut puro melli virus
 admiscentes, ut qui biberit illius potus sensuales il-
 lecebras, dulcedine captus, inobseruater morti ad-
 dicatur. Et infra, Obturate autem (inquit) aures ve-
 stras, quando vobis quis sine Iesu Christo filio Dei
 loquitur. & in epistola ad Magnesianos dicit: Stude-
 te ergo confirmari in dogmatibus Domini, & Apo-
 stolorum, ut ex omnibus, quæ facitis, dirigamini in
 viam rectam. Item in epistola ad Philippum ait. Absti-
 nete itaque vos à verbis malis, quæ Iesus Christus non
 seminavit, sed hominum interfectorix bestia, propter
 quod non sunt plantatio patris, sed seminarium nei-
 quisimi. & infra, Patres (inquit) nutrite filios vestros
 in eruditione, & disciplina Domini, & docete eos
 sacras literas, & artes honestas, ut non ocio gaudeant.
 Nihil hic (ut vides) commemorat philosophiæ mun-
 danæ. & infra rursus ait. Clamaui in voce magna
 inter eos, quibus loquebar non meum sermonem, sed
 Dei proferens. Amplius in epistola ad Antiochenenses.
 dicit. Rogo igitur vos ego vincens in Domino, di-
 gne ambulate in ea vocatione, qua vocati estis, cu-
 stodiētes vos ab introeuntibus hæresibus malignis,
 ad seductionem, & perditionem consentientium eis,
 Intendere autem Apostolorum doctrinæ, & legi,
 atque prophetis credere, omniumque Iudeorum, atque
 Paganorum errorem abiicere. Polycarpus quoque

Nota.

Polycar.

martyr, Smyrnieorum Episcopus, & ipse quoq; discipulus beati Ioan. Euāgelistæ, in epistola ad Philipp. dicit. Seruiamus ergo Domino cum timore, & reuerentia secundū quod euangelizauerunt nobis apostoli Domini, & prophetæ annunciauerunt aduentum Domini nostri Iesu Christi, zelantes bona, abstinete à scandalis, & falsis fratribus, qui in vanū portant nomen Domini, qui aberrare faciunt inanes homines: omnis enim qui non confitetur Iesum Christum in carne venisse, hic Antichristus est. & qui nō confitetur mysterium crucis, ex Diabolo est, & qui deuiavit eloquia Domini ad propria desideria, & dixerit, neq; resurrectionem, neq; iudicium est, hic primogenitus Sathanæ est.

¶ Capitulū duodecimū, in quo ponuntur
authoritates Origenis, Eusebii;
Cæsariensis.

Origenes quoq; ille magnus in Epistola Pauli ad Rom. dum interpretatur illud ps. 118. ab apostolo citatum: videlicet, omnis homo mendax, inquit. Videtur ergo mihi talem quandam prophetę nunciare sensum, cum multa sint (inquit) apud homines dogmata, & multi de veritatis inquisitione philosophentur: Cumq; oporteret in his omnibus quæstionibus præcedere filium Dei, alii quidem, qui non prius credentes, quæsierunt, non inuenerunt: Ego autem, qui credidi, antequā quærerem, idcirco, quod quærebam, inueni, & non solum inueni, sed & locutus sum, & annunciaui populis, quā inueneram veritatem, nec tamen inuenta veritate, elatus sum in sapientia, neq; inflatus in scientia mea, sed ego magis humiliatus sum, cum agnouī, & intellexi Dominum esse, qui docet omnem scientiam. Deinde con-

Origenes.

Nota.

siderans quæ homines, & quanta, vel inter philoso-
 phos, vel inter ceteros barbaros de veritate locuti
 sunt, & quia multo labore multa dicentes, nihil in-
 uenerunt, quia non crediderunt, antequam quære-
 rent, considerans omnia eorum, vel dicta, vel scri-
 pta, & in excessu mentis effectus .i. stupore cordis
 attonitus, & omnia illa philosophorum volumi-
 na, quæ splendida, & præfulgida videbantur ora-
 tione composita, procul à veritate consistenter, in
 excessu, & in stupore mentis effectus, dixi omnis
 homo mendax. Et nonnullis interpositis subdit.
 Sed obiicitur nobis, si omnis homo mendax est,
 Paulus homo est, erit ergo mendax: sed & David,
 qui hæc dixit, homo fuit, si omnis homo mendax
 est, erit & ipse mendax: hoc ipsum falsum quod
 dicit omnis homo mendax, quia mendacem se ne-
 cessario cum ceteris hominibus ipse pronunciat,
 & si mendax est: utiq; non erit verum, quod à men-
 dace dicitur, quod omnis homo sit mendax. Vi-
 detur ergo sermo eius incurrisse in syllogismum,
 qui dicitur ἀνοήτος .i. dubius, qui & falsus appella-
 tur. Sed si redeamus ad interiorē scripturæ intel-
 lectum, inueniemus, quod omnes prophetæ, vel apo-
 stoli ex illis sint, ad quos sermo Dei fit, sicut scri-
 ptum est, & factum est verbū Dōmini ad illum, vel
 ad illum prophetam, illos ergo, ad quos sermo Dei
 fit, Dominus in Euangelio, non homines pronun-
 ciat esse, sed Deos: Sic enim dicit. Ego dixi Dii
 estis, & filii excelsi omnes, quod si illos dicit Deos,
 ad quos sermo Dei fit, & non potest solui scripturæ:
 quia ergo & ad David tanquam prophetam, & ad
 Paulum tanquam Apostolum, sermo Dei factus est,
 sine dubio non erant homines, sed Dii, ad quos
 sermo Dei factus est. Igitur quia non erant homi-

nes, sed Dei, verum est, quod de cæteris hominibus pronunciat, ad quos sermo Dei non factus est, & omnis homo mendax sit. Præterea super eandem Epistolam Pauli ad Romanos interpretatus in capitulum vndecimum, postquam exposuit Dauid verba ab apostolo assumpta, quæ habentur in psalmo sexagesimo octauo & sunt ista, fiat mensa eorum coram ipsis, in laqueum, & in captionem, & in scandalum, & in retributionem illis: Obscurentur oculi eorum, ne videant, & dorsum eorum semper incurua, inquit. Sed & unicuique nostrum verendum est, ne forte hæc diuinorum mensa verborum, ad quam videmur consedisse, vt cibum verbi Dei pro possibilitate sumamus, fiat in laqueum, vel in retributionem, vel scandalum, Si non intelligibiles, & vt dignum est mundos ex ea, & puros cibos sapientiæ capiamus, & illud pariter obseruantes, ne immundis, & sordidis vestimentis. i. corpore, ac corde polluto, ad mensam sapientiæ conseedamus, & speciẽ futuri in coelis conuiuii iam nunc meditantem, per conuersionem & pœnitentiã, indumenta quotidie mūdiora, & nuptialia præparemus: quibus vtentes, aulam sapientiæ, & thalamos filii regis intrare mereamur. Idem in libro primo contra quendam Celsum Epicuriũ, scribens, & pertractans illud apostoli: Nemo se seducat, si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, vt sit sapiens: Sapientia enim huius mundi, stultitia est apud Deum. Scriptum est enim comprehendam sapientes in stultitia eorum. Et iterum Dominus nouit cogitationes sapientium, quoniã vanæ sunt, inquit. sapientiã igitur mundi huius, eam esse fatemur, quæ (vt diuinæ literæ volunt) inanem reddit omnẽ philosophiam, falsa præcipue sentientem: in quo

Primæ
Cor. 3.

Iob. c. 5.
ps. 39.
Nota.

C A P . XII

etiam librò, multa quę reddunt humanam philosophiam inanem, & stultam adducit. Item in Cantica cant. 1. c. Canticorum scribens, atq; exponens illud ecclesię ad Christum, Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubas in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum. post multa hæc dicit. ob hoc igitur in præsentī loco illuminari sponsa desiderat pleno scientię lumine, ne per in peritiam errans in aliquo similis efficiatur illis doctorum scholis, quę non per ipsam Dei sapientiam, sed per philosophorum, & principum huius mundi exercent. hoc enim & apostolus dicere videtur in eo, vbi ait. Quia loquimur Dei sapientiam, in mysterio absconditam, quã nemo principum huius mundi cognouit. Et iterum hæc eadem significat cum dicit: Non enim spiritum huius mundi accepimus, sed spiritũ, qui ex Deo est, vt sciamus, quę à Deo donata sunt nobis. ob hoc ergo requirit sponsa Christi meridiana cubilia, & plenitudinem scientię poscit à Deo, ne videatur esse sicut vna ex philosophorum scholis, quę adoperta nominantur, pro eo, quod plenitudo veritatis, apud eos tecta est, & adoperta. Sponsa autem Christi dicit. Nos autem reuelata facie gloriam Dei speculamur. Item super Exodum scribens, & pertractans illud Pauli. Vsq; in hodiernum diem cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorũ: Cum autem conuersi fuerint ad Dominum, auferet velamen. inquit igitur causa auferendi velaminis, conversionem nostram etiã dicit ad Dominum, ex quo colligenda sunt nobis indicia, q̄ donec legentes scripturas diuinas, latet nos intellectus, donec obscura sunt nobis, & clausa quę scripta sunt, nondum conuersi ad Dominum sumus, si enim cõuersi essemus ad Dominum, sine dubio auferret velamẽ,

sed &

Hom. 2.
cant. 1. c.

Nota.

Primæ
Cor. 2.
Ibidinẽ.

Secundę
Cor. c. 3.
Hom. 12

Secundę
Cor. 2.

Sed & hoc ipsum conuerti ad Dominum quale sit videamus: & vt euidentius scire possimus, quid sit conuersus, dicendum nobis prius est, quid sit auersus: omnis enim qui cum recitantur verba legis cōmunibus fabulis occupatur, auersus est: omnis qui cum legitur Moyses de negociis seculi, de pecunia, de lucris sollicitudinem quærit, auersus est: omnis, qui possessionū curis stringitur, & diuitiarum cupiditate distenditur: qui gloriæ seculi, & mundi honoribus studet, auersus est. Sed & qui ab iis quidem videtur alienus, assistit autem, & audit verba legis, & vultu, atq; oculis intentus, corde tamen & cogitationibus euagatur, auersus est. Quid ergo conuertitur? si his omnibus terga vertamus, & studio, actibus, mente, sollicitudine verbo Dei operam demus, & in lege eius die ac nocte meditemur, ommissis omnibus Deo vacemus, exerceamur in testimoniis eius: hoc est cōuersum esse ad Dominum. Tu ergo, si voueris filium tuum scire literas, quas liberales vocant, scire grammaticam, vel Rhetoricam disciplinam, nunquid non ab omnibus eum vacuum, & liberum reddis? Nunquid non ommissis cæteris, huic vni studio dare operam facis? Pædagogos magistros, libros, impensas nihil prorsus deesse facis, quoad vsq; perfectum propositi studii opus reportet: Quis nostrum ita se ad diuinæ legis studia conuertit? Quis nostrum ita operam dedit? Quis tanto studio, ac labore, diuina quærit studia, quanto quæ fuit humana? & quid conquerimur, si quod non didicimus, ignoramus? Hic est Origenes, de quo Eusebius in historia ecclesiastica libro sexto scribit, quod erat in sermone discretissimus, & in omnibus philosophicis eruditionibus apprime institutus: qui etiam dicebat hanc nostram veram esse philosophiam, cuius partes illa,

Nota.

Eusebius
Nota.
Cap. II.
Eodem
libro ca:
14.

quæ vera nõ est philosophia, præcessisset. Nõ ergo (dicebat) idcirco debere partes suas omittere veritatem, quia eas sibi præueniens, falsitas vendicasset. De quo etiam loquens idem Eusebius, in cap. secundo eiusdem libri inquit, quod iniuncto sibi à Demetrio Episcopo magisterii officio, grammaticã scholã negligere coepit, magis se verbo Dei cõferens, Vtebatur sanè etiam consilio non puerili, & bibliothecam gentilium librorum tradidit cuidam fidei amico, pactus cum eo quatuor sibi obolos, ex eius pretio, per dies singulos inferri, quo scilicet ne grauis esset cuiquã, in sustentanda victus necessitate, ne congregatam pecuniam domi reseruare videretur: Et post multa instituta vitæ (in quibus plurimum temporis exigens, vita, moribus, exercitiis, per omnia Origenes christianus philosophus habebatur) Tandem in fine capituli, ita de eo factur Eusebius, Talibus igitur vitæ, atq; instituti suis exemplis, informans eos, quos à gentili vita, & stulta philosophia, ad veram Christi philosophiam sapientiamq; conuerterat, non solum in intimis animæ arcanis fidem habere docuit, per hoc quod geri ab eo videbant, quæ docebantur. Verum etiam ad martyrii eos amorem per ea, quibus cotidiano roborabatur exercitio, prouocabat. Sed & ipse Eusebius in libro quinto eiusdem historię, de quibusdam, hæc etiam dicit. scripturas autem diuinas, absq; vlla timoris Dei reuerentia corruerunt, Antiquæ vero fidei regulam proterue, & impie respuunt ignorantes Christum: quem idcirco non inuenerunt, quia non recte quæsierunt: Et in tantum stultitiæ, impietatisq; prolapsi sunt, vt si quis eis sermonem de scripturis proposuerit, illi econtra, rio proponant. Vtrum hic sermo, de quo agitur,

Nota.

Nota.

Eusebius
Cap. vi.
timo.

Nota.

coniunctum, aut separatum genus syllogismi faciatur. Et derelinquentes sanctas Dei scripturas, geometriam tractant, tanquam qui vere de terra sint, de terra loquuntur: Et ideo eum, qui de sursum est, & de caelis venit ignorant. Denique Euclides, vel maxime in Geometriæ disciplinis viget, sed & Arist. & Theophrastus, ab his in admiratione habentur. Galenus etiam à nonnullis eorum adoratur, quorum artibus, & doctrinis hæreses suæ impietatem nituntur asserere, & deceptionibus hominum ignorantium Deum, simplicitatē diuinarum scripturarū, & sinceritatē fidei subruunt, sed hoc faciunt, quia nec vicini facti sunt Dei, propterea & diuinas scripturas absque ullo timore contempserunt, & corruptentes eas, emendare se dicunt. Quantæ autem virtutis sit fidei simplicitas, ostendit in libro decimo capitulo tertio sic dicens, Quantam vero virtutem habeat fidei simplicitas etiam ex iis, quæ inibi gesta referuntur, agnoscimus. etenim cum pro studio religiosi imperatoris, ex omni terra sacerdotes coissent, opinione commoti, philosophi quoque, & dialectici, valde nobiles, & opinatissimi conuenerunt. In quibus quidam insignis in arte Dialectica, per dies singulos, conflictu summi certaminis cum Episcopis nostris, viris adque in Dialectica, non improbabili ter cruditis, mouebat, & fiebat ingens spectaculum, conuenientibus ad audiedum doctis, & literatis viris. Nec tamē ullo genere philosophus concludi à quoque poterat, aut constringi. Tanta etenim dicendi arte, obiectis quæstionibus occurrebat, ut ubi maxime putaretur **Nota.** astrictus, velut anguis lubricus habere. Sed ut ostēderet Deus, quia nō in sermone regnum Dei, sed in virtute consistit, quidam ex confessoribus simplicissimæ naturæ vir, & nihil aliud sciens nisi Iesum

Christum, & hunc crucifixum inter ceteros auditor
 res Episcopos aderat: Qui cum vidisset philosophū
 insultantem nostris, & callida se disputationis arte
 iactantem, poscit ab omnibus locum, velle se paucis
 cum philosopho sermocinari. Tum vero nostri, qui
 simplicitatem viri, & imperitiam, in sermone dunta
 xat noscent, pauere, & velut pudorem quendam pa
 ti, ne forte apud callidos homines, risui efficeretur
 sancta simplicitas. perstitit tamen senior: & hinc mo
 uit sermonis exordiū. In nomine, inquit, Iesu Chri
sti, philosophe audi, quæ vera sunt. Deus, vnus est,
 qui fecit cœlum, & terram, quiq; homini, quem de li
 mo terræ formauerat, spiritum dedit, vniuersa, quæ
 videntur, & quæ nō videntur, virtute verbi sui crea
 uit, & spiritus sui, sanctificatione firmavit. Hoc ver
 bum, ac sapientiam, quem nos filium dicimus, hu
 manos miseratus errores, ex Virgine nascitur, & per
 passionem mortis, à perpetua nos morte liberauit,
 ac resurrectione sua, æternam nobis contulit vitam:
 Quem & expectamus iudicem omnium, quæ gerim
 us, esse venturū. Credis hoc ita esse philosophe?
 At ille, velut si nunquā vllum sermonem contradi
 cendi didicisset, ita obstupefactus virtute dictorum,
 motus ad omnia, hoc solum potuit respondere, ita
 sibi videri, nec aliud verum esse, quā quod dixerat.
 Tum senior, si hæc (inquit) ita esse credis, surge, &
 sequere me ad Dominicum, & huius fidei signacu
 lum suscipe. & philosophus conuersus ad discipu
 los suos, vel ad eos, qui audiendi gratia conuene
 rāt, Audite (inquit) o eruditi viri. Donec verbis me
 cum gesta res est, verba verbis opposui, & quæ dice
 bantur, dicendi arte subueri, Vbi vero pro verbis
 virtus processit ex ore dicentis, non potuerunt resi
 stere verba virtuti, nec homo aduersari potuit Deo.

Nota.

Et ideo, si quis vestrum potuit in iis, quæ dicta sunt, sentire, quæ sensi, credat Christo, & sequatur hunc senē, in quo locutus est Deus. Ita philosophus christianus effectus tandē se gratulatus est victum. Con- simile habetur in libro secundo historiae tripartitæ. Idem quoq; Eusebius in libro vndecimo historiae ecclesiasticæ de Gregorio Nazianzeno, & magno Basilio loquēs inqt. Ambo nobiles, ambo Athenis eruditi, ambo collegę, ambo Dei adiutorio digressi ad profitēdam Rhetoricā rogabantur. Quod opus magnifice quidem implebat Basilius, Gregorius vero magnificētius contēnebat: Quiq; cū se totū Dei seruitio mancipasset, tantum de collegę amore præsumpsit, vt sedentem Basiliū, de doctoris cathedra deponeret, ac secum ad monasterium, manu iniecta perduceret, ibiq; per annos (vt aiūt) 13 omnibus Græcorum secularium libris remotis, solis diuinæ scripturæ voluminibus operam dabat, earumq; intelligentiam, non ex propria præsumptione, sed maiorū scriptis, & autoritate sequebantur, quos, & ipsos ex apostolica successione intelligendi regulam suscepisse constabat: quorum præcipue in prophetas commentarios discutientes, thesauros sapiētiae, & sciētici recōditos in vasis fictilibus pquirebāt.

Cap. 3.

Capitulum tertiumdecimum, in quo Gregorii Nazianzeni Ioan. Chrysoft. & Cassiani, necnon & Theophilati ponuntur testimonia.

Diuus autem Gregorius cognomento Theologus episcopus Nazianzenus, cuius auditor atq; discipulus extitit Hieronymus in libro secundo de Theologia, non dubitauit naturalis philosophię professores, vanos sapientes appellare: Nam cum de

Gegor. Nazianzenus.

C A P. XIII

mari loqueretur hæc dicit. At maris si non possem mirari vastitatem, mirarer tamen mansuetudinem, videlicet quod cum liberum sit, ac solutum, tamen inter proprios limites consistat. Quod si non mansuetudinem, certe magnitudinē suspicerem, Verum quando utraq; res inuitat, utriusq; quoq; facultatē prædicabo. Tum autem quæ vis mare hoc sic coegit? quæ sic velut lege astrinxit? quæ undis attollit, & tranquillitate resistit, terrā velut vicinā suā reuerita? Qui sit ut cum tot fluuios excipiat, ipsum tamen tanto accessu nihil increseat? Nimirum propter ingentē aquæ abundantiam, aut ipse, quod aliud pro causa afferri oportet, haud scio. Postremo qua ratione ipsi arena sit margo tali, ac tanto Elemento. Hinc ne hic aliquid, quod probabiliter afferat naturā sibi exploratam professi vani isti sapientes, & re vera cyatho mare metientes, ut qui ingenii sui angustiis, res tantas pertractent? An potius ipse condempno rem ex scriptura transigā, longe certe quā istorum prolixæ disputationes, tum probabilius, tum verius: præceptum, inquit, circumdedit supra faciem terræ. Hoc illud est liquidæ naturæ vinculum. Item volens ostendere idē Greg. unde nobis incipiendū sit philosophari de Deo, & de diuinis rebus, præfatio non ab iis, quæ Plato & Arist. tradiderūt, nobis exordium suscipiendum esse putauit, sed ita, inquit, in sermone in sancta lumina Epiphaniarum. Unde ergo nobis incipiendum est, nisi ab iis, quæ primā esse

Eccl. pri.

omniū sapiētissimus pronūciat Solomon, ait enim de timore Domini: Initiū sapientiæ timor Dñi. Primum ergo incessum atq; aditū ad sapientiā, Dei timorē dicit. Ibi enī à theōrica & rōnabili inspectiōne sumētes initia in timore, puenire debemus ad finem: quā sciētix desiderium & inq̄sitio quæstionū, ubi timor Dñi cesserit, effrenatos aīos in præceptis agit.

Si vero anima timoris Dei prima elemēta suscipiat, & per hunc purgator, & (vt ita dixerim) subtilior fiat, tunc poterit ad superiora conscendere. Vbi enī timor Dei est, ibi & obseruatio mandatorum. Vbi obseruatio mandatorum, ibi & purgatio carnis, quę se velut crassior, & obscurior nubes animę obiciēs, considerare eam diuini splendoris radios nō sinit. Vbi hęc fuerit carnis facta purgatio, ibi continuo erit & illuminatio: Vbi hęc fuerit illuminatio, ibi iam desiderii vota complentur: Et per illos primos aditus, quos aperuit Dei timor, in ipsam iam sapientię aulam, atq; interiora eius atria peruenitur. Propterea ergo expurgari oportet prius, & ita accedere ad eum qui purus est, ne forte etiam in nobis fiat illud, quod accidit populo Israeli, qui non poterat ferre gloriam vultus Moyfi. Et propterea velamen ponebat Moyfēs super faciem suam. Vel certe quod Manuę dicebat vnus ex iudicibus, cum ait. peribimus o mulier, quoniam vidimus Dominum. tale aliquid fortassis dicebat & Petrus, cū velut grauari se putabat ex præsentiā Iesu Christi, & dicebat ad eū, Exi à me Dñe, qa peccator sum. Vel vt Paul. auditu vocis diuinę orbat lumina. Nondū enim purgatus à persecutionis cæde, cum quē persequebatur, arguentem se de cælo audit. Tale aliqd docet nos, etiā fidelissimi illius Ceterionis laudata respōsio, qui cū sanitatē serui decubentis expeteret, præsentiā tamē & ingressum ad se Domini recusabat. Vnde & fides eius magna pronūciat à Dño, intelligētis in illo hospitio inuitare & suscipi debere sapientiam, vbi iam nullus languor est, nulla infirmitas vitiorum: Vbi nemo militans Deo, implicat se negociis secularibus, vt ei placeat, cui se probauit. Vbi iā nihil debetur Cæsari, & principibus huius mundi.

Exo. 34.

Iud. 13.

Luc. c. 9.

Act. 9.

Matt. 8.

2. tim. 2.

C A P. XIII

- I. Ioh. 1.** Vbi nō diligitur mundus, neq; ea, q̄ in mūdo sunt: Quod si in aliquo adhuc horum detinemur, adhuc Centuriones seculi sumus: dicamus & nos ad sapiē tiam, quia nō sum dignus, vt intres sub tectum meū. Si vero desideras, & nimia cupiditate raptaris vide re Iesum, etiam si breuis es in spiritu, & exiguæ pro ceritatis, erūpe, & eleuare de terra, & ad altiora cō
- Luc. 19.** scende: quere aliquā sicomori arborem, sicut beatus
- I. Cor. 3.** ille Zacchæus, efficere stultus huic mundo, vt sis sa
- Colo. 3.** piens apud Deum: ac mōrtifica mēbra tua, quæ sunt super terram. Efficete superior à corpore huius hu militatis. Corporea omnia & caduca transcende, tūc audis verbum Dei dicere ad te, festina descendere, quia hodie oportet me manere apud te: Et cum te totum ac tua omnia prompto animo obtuleris, au dies iterum, quia hodie salus domui huic facta est, ppter quod & ipse filius est Habraā. Idē enim ipse sermo Dei, & terribilis est pro maiestate naturæ iis, qui indigni sunt, & pro nimia bonitate aptat se, & inserit se iis, quos inuenerit p̄paratos. i. quicumq; ex se spiritum neq̄ mundi huius fugauerint, & ani mas suas diuina agnitione purgauerint, & purgatas non torpori, atq; ocio dereliquerint, sed bonis eas actibus, & sensibus occupauerint, vti ne spiritus ille nequā, qui fuerat eiectus, inueniens illam vacantē, & mundatam, rursus assumat alios septem spiritus nequiores se, & habitet in domo illa. Numerus spirituum malignorum, contrarius est numero spiri tus bonitatis. Sicut enī est Christus, & Antichristus, ita si dici potest, spiritus, & antispiritus. propterea et go non sufficit effugere malum, sed continuo etiā, & operari bonum, vt per singulas virtutum species, introducamus Christum in habitaculum cordis no stri, ita vt nihil vacuum inueniat in nobis spiritus

nequã, & in quod, velut in vacuã possessionẽ irrep-
 pat, & immèrgat, & faciat nouissima nostra peiora
 prioribus. Ideo ergo dicitur, omni custodia serua
 cor tuum, & ascensus in tuo corde dispone, Et inno-
 ua tibi noualia, vt non semines super spinas, sed se-
 mines iustitiæ semina, sicut & Solomon, & David,
 & Hieremias te commonent, & illuminemus in no-
 bis lumen scientiæ, & ita demum loquamur Dei sa-
 pientiam in mysterio absconditam, cum & illumina-
 ti clarius fuerimus, & auditores purgatas aures, &
 corda purificata detulerint, vt simul & dicentes, &
 audientes, diuina luce radiati, & participes horum,
 quæ dicuntur effecti, mereamur in eandem imaginẽ
 transformari, à gloria, in gloriam, tanquam à Domi-
 ni spiritu. Præterea quæ prima, atq; vera sit sapientia
 in tractatu de grandinis vastatione, idem Gregorius
 docet inquiring, prima enim sapiëntia est vita laudabi-
 lis, & apud Deum puta ens, per quã puri puro iun-
 guntur, & sancti sancto associãtur. Hanc enim in pri-
 mis à nobis Deus quærit hostiam, puritatem, & cor
 contribulatum sacrificium Deo est, & sacrificium lau-
 dis. Vult enim nos esse nouam creaturam in Chri-
 sto, & nouum hominem, Et quæcunq; huiuscemo-
 di refert diuina scriptura. Est ergo prima sapientia,
 despiciere & contènere sapiëntiã istã, q̄ in verbis est,
 & in cõplexionibus, vel in calliditate sermonũ, vel
 quæ captiosis syllogismis, & contradictionibus ni-
 titur. Ego autẽ opto quinq; verba in ecclesia loqui
 in sensu meo, vt & alios instruam, quã multa milia
 verborum in lingua, & in tali voce tubæ, quæ non
 dat significantem vocem, vt ad bellum spirituale
 præparet militem meum. Hanc ergo ego collaudo
 sapientiam, & hanc complector, per quã ignobiles
 facti sunt gloriosi, & per quam abiecti ad honores

Proue. 4.
 ps. 83.
 Hier. 4.
 I. Cor. 2.

ps. 50.
 ps. 4.
 Gal. 6.
 Nota.

venerunt, & in qua piscatores vniuersum orbem terræ, euangelii rebus concluderunt, verbo consummato, & breuiato, sapientiam quæ destruit superantes. Non enim qui in verbo sapiens est, iste mihi sapiens videtur, neq; qui linguã politam ac nobilẽ profert, anima vero permanet imperitus, sicut sepulchra illa, quæ extrinsecus dealbata, & ornata videntur hominibus, intrinsecus vero immunditia, ac foetore repleta sunt. Sed ille mihi videtur sapiens, qui pauca quidem de virtute animi commonet, & proloquitur: plura autem in suis actibus, atq; operibus ostendit, & fidem verbi, operum suorum astipulatione confirmat, quia nec pulchritudinem formæ ita quis amare potuit in pictura, sicut in corpore positam: Nec diuitiæ vtiles fuerunt, quæ in somnis videntur, sicut illa quæ in manibus continentur. Ita sapientia illa clara est, non quæ in verbis volat, sed quæ in virtutibus constat. Sic deniq; scriptura dicit, quia intel lectus bonus omnibus qui faciunt eam, non qui loquuntur & prædicant eam: vanitatem quoq; garruendi, ac rixosæ disputationis pugnam non dece re homines pios, vt quibus aduersarius, vnus nempe Diabolus negotii satis exhibeat in libro tertio de Theologia docet. Cum enim ommissa fide, rationis vires intendere (inquit) iactareq; coeperimus, Et per hoc spiritus, authoritatem quæstionibus eleuare, & se in superuacaneis illis & euangelii simplicem fidem, otiosam reddentibus parum inuictos experiri, vt ita pondere, magnitudineq; rerum laborans ratio deficiat (deficiet autem necessario dū ab infirmo adeo organo nempe nostra mente, existit) cum inquam, hæc admittimus, quod aliud sit, quàm quod rationis infirmitas Evangelici mysterii esse apparet, qua via deniq; disputationis vti-

Ps. 109.

litas, euacuatio crucis esse ostenditur, Id quod Paulus
 visum est, siquidem fides disputationis nostræ per-
 fectio est. Eius quoque in disputando, differendi
 figuræ, quæ nunc regnat, etiam inter prædicatores,
 Nimirum quæ ingenua illa, & simplici scripturæ
 tractatione contempta, vastrum illud & intricatum
 quæstionum genus, in quo scholastici etiam Theo-
 logi, de Deo, & diuinis rebus inuoluuntur, intro-
 duxit, Tenebrarum principem Diabolum parentem
 esse affirmat. In libro secundo de theologia, Quo fit
 vt valde errare, eos doctores, atque prædicatores pos-
 simus agnoscere, qui nec verbum vnum tantum ni-
 si per vitrum pronunciant. Ioannes etiã Chrystos-
 mus episcopus Cõstantinopolitanus super Ioã. scri-
 bẽs sic de ipso loquitur dicẽs. Videamus quid loquitur,
 quã aggreditur disputationẽ. Nãquid de rebus
 agrestibus, aut fluuiialibus, quibus vt instrumentis
 piscẽ capiãt? huiusmodi enim à piscatore cogno-
 scere quispiam, & expectaret: verum aliud narra-
 tem audiemus, hoc est quæ in cœlo sunt, & quæ ne-
 mo vnquam ante hac intellexit. Tale enim & tam
 profundam doctrinam, vitam optimam, & philoso-
 phiam ad nos affert, qualem credibilem est, ab ipsis
 spiritus sancti thesauris accepisse, tanquam modo
 ex ipso cœlo descenderit, immo neque omnes, qui
 in cœlo sunt, scire ea credendum est, vt iam dixi-
 mus. Nunquid hæc tibi piscatoris videntur, an ora-
 toris potius, an philosophi, an alius cuiuspiam, in
 hac exteriori edocti sapientia? nequaquam. Non
 enim humanæ simpliciter est animæ de immortali
 & beata illa natura, & quæ cum illa sunt, pos-
 testatibus de natura corporum mortalium, & eo-
 rum futura immortalitate, de supplicio, de futuro
 iudicio, de verborum, operum, cogitationum

I. Cor. I.

Ioan.
Chryso.

C A P. XIII

Nota.

& sententię vniuscuiusq; examinibus intelligere, qđ homo sit? quid vitium? quid virtus? Horum nanq; nonnulla Platonici, & Pythagorici inuestigare con-
tenderunt (neq; enim reliqui nobis philosophi me-
morandi sunt, qui in huiusmodi disputationib; per
ridiculi reperiuntur) hi etiam, qui apud eos præ cęte-
ris admirationi fuerunt, & illius scientiæ habiti sunt
principes hi maxime sunt, qui & resp. & leges con-
diderunt, in quibus longe magis, q̃ pueri sunt deri-
dendi, Cum mulieres omnibus communes institue-
rint, & mores, & nuptiarum pudorē, omnem deniq;
vitam, tam ridiculis corrumpere sanctionibus: Vt
autē doctrinam aliquā de anima afferrent, nihil tur-
pitudinis reliquerunt, quippe qui mures, culices, fru-
tices hominum animas fieri, & Deum ipsum animā
esse, & alia quædam huiusmodi turpissime affer-
rent: neq; hoc solum vituperandum est, sed magnus
est ipsorum verborum Euripus. Quemadmodum
enim qui in Euripo sunt, huc, illuc iactantur, itidem
hi nunquā sibi constant, vtpote incerta, & fragili sen-
tentia omnia loquentes &c. Et infra dicit. Et quem-
admodum sepulchra extrinsecus ornata, si exteriorē
rem illam faciem amoueris: cadauerum sanie, & exo-
forum osium plena reperiuntur. Itidem in philoso-
phorum opinionibus, detecta verborum superficie,
& ornatu, multa inania, absurdaq; deprehenderis,
maxime vbi de anima philosophantur, nunc hono-
re, nunc contumelia, nullo modo, modestiaue adhi-
bita eam afficientes. hoc diabolicum rete est, nulla
ex parte mediocritatem seruare, sed in altero extre-
morum allectos animos ad errorem trahere, Cum
nunc ad diuinam substantiam, neq; modo, neq; pie-
tate seruata, eam afferat, nunc in sues, & asinos, &
abiectionora quęq; animantia turpiter iudicat. Verum

Nota.

de his satis superq; , siquid enim ab his vtilitatis accipi posset , & amplius huic sermone esset immorandum. Sin adeo friuola, turpia, ridicula despicienda sunt, & superuacanea. Quare tandem eorum fabulis omiſſis, verā aggrediamur doctrinam, quæ ad nos per huius piscatoris linguam, cœlitus deducitur. Nihil enim humanum, nihil terrenum sapit. Amplius super eundem Ioan. scribens contra hæreticos inquit. Nihil prodest vita bona cum praua doctrina: Et cōtra nihil sana doctrina cum vita corrupta: hæc gentiles pepererūt, inde hauserunt ab externis accipientes philosophis, & materiam ingenitam, & alia huiusmodi asseruerunt, & vt rerum opificem non subiecta materia ingenita, ita & resurrectionē negarunt. nolimus his aures adhibere, nolimus inquam aures adhibere, vobis inquā dico: Nos enim aduersus eos bellum non recusabimus, sed inermis & nudus si imbecillos inciderit, licet fortior, facile capiet. Si enim scripturis attendistis, & cotidie in his acutiores euasistis, nō sanè admonerem, vt bellum aduersus eos detrectetis, sed vt manum conseratis, fortis est veritas. Cum vero scripturis vti nesciatis, congressum vereor, ne inermibus occurrentes, ipsi vos sauciant, nihil illis imbecillius, q̄a spiritus sancti sunt auxilio destituti, quòd si exteriori vtuntur sapientia, minime est mirandum, sed ridendum potius, quòd fatuis vtuntur magistris, qui neq; de Deo, neq; de creatura, firmum aliquid, & solidum inuenire poterunt: sed quæ apud nos vidua mulier nouit, ea Pythagoras ignorauit, qui dicit animam fruticem, & piscem, & canem fieri, his ne opera danda est? Et qua ratione nitunt? magni sunt in ciuitate, pulchros nutriunt capillos, & palliis induuntur, hucusq; eorū philosophia extēdit, quos si extrinsecus inspexeris,

Hom. 65

Nota.

puluis sunt, & ciuis, in quibus nihil sani, sed sepulchrum
 patens guttur eorum, plenum immunditia, & sordidum,
 & precepta omnia vermium. Primus eorum aquam
 Deum esse dixit, qui secutus est ignem. Alius aerem,
 & ad corpora relati. Hos quæso admirandos ducis,
 qui nullam inuisibilis Dei cognitionem habuerunt?
 quod siquam perceperunt, id euenit ex quo in Ægy
 pto cum nostris versati sunt. Sed ne vos nimium per
 turbemus, iam orationi nostræ finem imponamus.
 Si enim eorum opiniones proponere inciperemus,
 quid de Deo, quid de anima, quid de corporibus
 sentiant, risum moueremus, neque ipsi nostra indigent
 reprehensione, ipsi se inuicem confundunt, qui contra
 nos de materia orationem scripsit, seipsum perdidit.
 Quare ne vos aduocemus, & verbis implectimur.
 His omisis, ut diuinis literis attendatis vos hortabi
 mur, ne ue ad nullam certemus utilitatem quod Paulus
 Timotheum admonet, quauis sapientia plenum, &
 virtute, quare illi pareamus, & nugis abiectis, fraterni
 amoris opera complectamur. Item enarrans locum illum
 Pauli, idem Ioan. Chryso. videlicet, sicut scriptum est.
 perdam sapientiam sapientium &c. inter cetera dicit.
 Vbi ergo Dei sapientia est, non amplius humana indi
 gemus, & perfecto humanæ erat sapientiæ dicere, tanti,
 & tam immensi mundi Deum conditorum, & tantæ, &
 tam incredibilis potentiam, eum considerare, & hac gra
 tia ipsum accipere nos oportebat. Nunc autem non
 amplius rationibus, sed sola fide opus est, præterea quod
 in crucifixum, & sepultum credat, neque dubitatio vlla
 relinquat, quonia resurrexit, & superne se deat, neque
 sapientia indiget, neque rationibus, sed fide, qua munis
 si apostoli, nulla sapientia ad Deum se contulerunt, &
 facti sunt externis sapientibus sapientiores, atque præstan
 tiores, eo magis, quo maius est, res diuinas fide

Primæ
 Cor. pri.
 Nota.

accipere, quæ earum rationem perscrutari: Id enim humana excedit naturam, sed qua natura ratione sapientiam perdidit? per Paulum, & alios huiusmodi viros, nobis cognitus Deus ostendit ipsam stultam esse. Ad euangelicam enim prædicationem accipiendam neque sapiens per sapientiam quicquam proficeret, neque indoctus ingenii hebetudine quicquam afferret nocumen- ti. quod si res digna admiratione dicenda sit ineruditio, quam sapientia, ad hanc susceptionem, & aptior est, & facilior: pastor enim & rusticus citius eam suscipit, & cogitationes penitus cohibet, & seipsum domino tradit: sic igitur sapientiam perdidit. Et non post multa dicit, stultam enim fecit Deus sapientiam, sed quidnam stultam fecit significatur: hoc est stultam ostendit, ad fidei comprehensionem: siquidem sola fide opus est, non gravitate, stultam igitur sapientiam ostendit Deus, & per prædicationis stultitiam, saluos nos facere voluit: stultitiam autem dicit non quod stultitia sit, sed quæ stultitia esse videatur, & hoc sane maius est, quod non aliam quandam sapientiam illa maiorem induxit, sed quæ visa sit esse stultitia, hoc pacto superior fuit. Etenim Platonem, non per alium sapientiorum philosophum superavit, sed per indoctum piscatorem, hoc pacto maior, & clarius fuit victoria. Item postea Homelia quinta inquit. Quis igitur nostrum sapientior est? Non hi qui Platonis habent sapientiam, sed qui ipsum Christum Deo sic volente. & Hom. septima. Enarrans illud: sapientiam autem loquimur inter perfectos, sapientiam vero non huius seculi, neque principum huius seculi, qui destruantur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est &c. dicit tenebræ quam splendor lippientibus oculis commodiores sunt: quam obrem quibus infirmata sunt oculorum lumina,

Nota.

Primæ
Cor. secū
do.

C A P. XIII

si in domum se obscuriorem conferunt, neq; aliter in spiritali sapientia vsu venit: Dei nanq; sapientia, stultitia esse videtur iis, qui exteriorē sectantur, quorum sapientia vere stultitia est. Et Home. octaua in principio in continuatione sermonis dicit, cū exteriorē philosophiam euerterit Paulus, & omnem eius deiecerit insolentiam, aliam iam materiā aggreditur: Etenim non temere respondere poterant, si Platonis, Pythagoræ, & cuiusuis aliorum philosophorum dogmata annunciamus, merito contra nos, tam longo vsus esses sermone: sed cum spiritus profiteamur doctrinam, quā obrem huc illuc exteriorē sapientiam distrahis, quonam animi pacto hoc oppugnet accipias &c. Vides Ioan. Chryso. asserere Pau. in præcedentibus suis sermonibus euerterisse exteriorē philosophiam, ac eiecisse oēm eius insolentiam. Vides etiam secundum eundem Platonis, Pythagoræ, & cuiusuis aliorum philosophorū dogmata, a prædicatoribus veritatis non esse annūcianda: Et super Gen. scribens inquit: Neq; opus habet diuina scriptura hominum sapientia, vt intelligatur, sed reuelatione spiritus, hausto inde vero sensu, magnum nobis hinc lucrum accrescat. Ioan. vero eremita, qui & Cassianus dicitur, diaconus (vt aiunt) ipsius Ioan. Chry. in libro quinto de institutis Cœnobiorum, Theodori Abbatis adducit sententiam, qua docuit, quo studio Monachus posset assidue qui scientiam scripturarum: ait enim ille: monachū ad scripturarum notitiam pertingere cupientem, nequaquā debere labores suos, erga commentariorū libros impendere, sed potius omnem mentis industriam, & intentionem cordis erga emendationem vitiorum carnalium detinere. Quibus expulsis, cōfestim cordis oculi sublato velamine passionū sacramenta

Nota.

Ioā. Cassianus.

Cap. 9.

Nota.

menta scripturarum, velut naturaliter incipient contemplari. Siquidem nobis non vt essent incognita vel obscura, sancti spiritus gratia promulgata sunt, sed nostro vitio, velamine peccatorum cordis oculo obnubete, redduntur obscura, quibus rursus naturali redditus sanitati, ipsa scripturarum sanctarum lectio, ad contemplationem verę scientiæ abunde etiam sola sufficiat, nec eos comentariorum institutionibus indigere: sicut oculi isti carnales ad videndum nullius egent doctrina, si modo fuerint, à suffusione, vel caligine cęcitatis immunes. Ideo nãq; & tanta varietas, erroresq; inter tractatores ipsos exortii sunt, quod pleriq; minime erga purgationem mentis adhibita diligentia, prosilientes ad interpretandum eas, pro pinguedine vel immunditia cordis sui diuersa atq; contraria vel fidei, vel sibimet sentientes, veritatis lumen comprehendere nequiverunt. Ei in libro collationum inquit. Cauendum tibi est, ne illorum ad docendum inciteris exemplis, qui peritiã disputandi, ac sermonis affluentiam consecuti, quia possunt ea, quæ voluerint ornate, copioseq; differere, scientiam spiritalem possidere creduntur ab iis, qui vim eius, & qualitatem discernere non nouerunt: aliud nanq; est facilitatem oris, & nitorem habere sermonis, & aliud venas, ac medullas coelestium intrare dictorum, ac profunda & abscondita sacramenta purissimo cordis oculo contemplari, quod nullatenus humana doctrina, nec eruditio secularis, sed sola puritas mentis, per illuminationem sancti spiritus obtinebit: Et in cap. sequenti inquit. festinandum igitur tibi est, si ad veram scripturarum vis scientiam peruenire, vt humilitatem cordis immobilem primitus consequaris, quæ te non ad illã, quæ inflat, sed ad eam, quæ illuminat, scientiam, charitatis con-

Col. 14.

cap. 9.

Nota.

Cap. 10.

fumatione perducatur. Impossibile namque est immundam mentem, donum scientiæ spiritualis adipisci: Et idcirco omni cautione deuita, ne tibi per studium lectionis, non scientiæ lumen, nec illa perpetua, quæ per illuminationem doctrinæ promittitur gloria, sed instrumenta perditionis, de arrogantia vanitate nascantur. Deinde hoc tibi est omnimodis enitendum, ut expulsa omni sollicitudine, & cogitatione terrena, assiduum te ac potius iugem sacræ præbeas lectioni, donec continua meditatio iubeat mentem tuam, & quasi in similitudinem sui formet, arcam quodammodo ex ea faciens testamenti habentem in se scilicet duas tabulas lapideas. i. duplicis instrumenti perpetuam firmitatem, Vnam quoque auream, hoc est memoriam puram, atque sinceram, quæ reconditam in se mannam perpetua tenacitate conseruet: spiritualium. scilicet sensuum, & angelici illius panis, perennem, coelestemque dulcedinem, Nec non etiam virgam Aaron. i. summi, verique pontificis nostri Iesu Christi salutare vexillum, immortalis memoriæ, semper viriditate frondescens: his autem vetustis doctoribus Theophilatum inter Græcos theologos recentiorem associare nobis placuit, Tum ut Græcum interpretem, Græcis interpretibus eodem capite coniungeremus: Tum etiam quia ex Ioanne Chrysost. tamque ex aureo suo fonte, maxime aureas interpretationes hausit ipse Theophilatus. Is igitur in epistola Pau. ad Cor. prima, Enarrans eum locum, ubi sapiens? Vbi scriba? Vbi conqueritor huius seculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? inquit: Cum explicasset, quæ sacris literis continent, perspicua in super ex rebus ipsis hæc facit, & gentiles quidem reprehendit, quia usurpare hæc solent: Vbi est sapiens i. philosophus? philosophiæ enim

Nota.

Theo/
philatus.

Cap. pri.

studebant plurimum , & sapientis apud eos summa
 authoritas erat : Iudgos vero coarguit cum dicitur .
 Vbi nã scriba? Inq̃sitores aut̃ eos appellat, q̃ opina
 tionibus quibusdã, & inuestigationibus permittunt
 omnia, horum nemo salutem attulit nobis , præter
 piscatores, qui erroribus nos exemerunt, fatuam aut̃
 reddidit, hoc est inertem, & nullius momẽti esse co
 arguit, mundi sapientiam Deus, vtpote quæ inue
 nire veritatem nequiverit : Et consequenter expo
 nens ea verba. Nam quia in Dei sapientia non co
 gnouit mundus per sapientiam Deum , placuit
 Deo per stultitiam prædicationis saluos facere cre
 dentes , dicit, causam aperit, qua sit exterior hæc sa
 pientia stultior reddita. Nam cum ex diuina sapien
 tia , quæ ex hac potest machina creatorum com
 prehendi, cœlum ipsum & terra, & omnis hæc mun
 di structura , suum prædicant , & laudibus efferunt
 conditorem, Deum tamen haud quãquã cognouit
 mundus, hoc est, qui mundana hæc sapiunt, qui
 pe qui prauis cupidinibus capiuntur, & quodam di
 scendi lepore (qui huic inesse sapientiæ videtur)
 quæ oculis cernitur, detinentur, quo minus queant,
 Deum , & veritatem ipsam pernoscere , placuit au
 tem Deo per eorum prædicationem, qui & imperi
 tiores essent , & stulti apud alios haberentur : cre
 dentibus salutem largiri . Gentiles itaque etsi Dei
 sapientiam instructricem habeant , eam videlicet,
 quæ in hac tanta rerum molitione comprehendit̃
 tur , Dei tamen nullam adepti sunt cognitionem ,
 quia illi potius intenderent sapientiæ , quæ ver
 bis constaret inanibus , nec Dei esset . Et postea
 exponens illud . Quod stultum est Dei sapien
 tius est hominibus & cætera, dicit, crucem appellat
 insipientem, vtpote quæ insipiens visa, hæc tamen

Nota

C A P. XIII

est hominibus sapientior, siquidē philosophos constat frigidis, & inutilibus rebus vacasse, crucem vero mundo peperisse salutem. postea in eadem Epistola dum illud interpretatur. Siquis videtur inter vos sapiens in hoc seculo, stultus fiat, ut sit sapiens: dicit. ad eos, qui ob exteriorem hanc sapientiam esse feruntur, habet sermonem & inquit, qui sapiens inter vos esse apparet, fiat hic stultior, hoc est, detrectet, & contemptui habeat humanam hanc sapientiam, ut diuinam adipiscatur, Nam quemadmodum secundum Deum inopia, & rerum contemptus pro diuitiis sunt, & ignominia in gloriam cedit, sic secundum Deum insipientiam esse, pro sapientia constat. Et exponens illud. Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum, dicit. Nec solum hæc (inquit) nil prorsus ad diuinam illam, & cœlestem sapientiam assequendā conducit, sed impedimēto est potius, & iacturæ, utpote quæ præ superbia discere dedignatur, & à vera distrahit disciplina, eoq; & ignorantia versari faciat, qui se utatur, quo fit, ut huiusmodi humanæ sapientiæ sectatores, adeo ut vesane repudientur. Item exponens illud, Qui comprehendit sapientes in astutia eorum, ait vel testes producit, ut asserat mortalium sapientiam pro stultitia apud Deum haberi, inquitq; , Ut stultos comprehensurus est Deus sapientes, quæ si astutia sint, & prudentia quadam imbuti, ut insani, & demētes coarquantur, & in his Græcorum testimonia terminent.

¶ Capitulum XIII in quo Lactantii Firmiani authoritates ponuntur.

Lactantius **I**nsuper Lælius Lactantius Firmianus in libro de falsa religione aduersus gentes conscripto inquit: Magno, & excellenti ingenio viri, cum se doctrinis

penitus dedidissent, quicquid laboris poterat impē
 di, contemptis omnibus & publicis, & priuatis actio
 nibus, ad inquirendæ veritatis studium contulerūt,
 existimantes multo esse præclarior, diuinarum, hu
 manarumq; rerum inuestigare, ac scire rationem, quā
 aut fruendis opibus, aut cumulandis honoribus in
 hærere, quibꝰ rebus, quoniã fragiles, terrenæq; sunt,
 & ad solius corporis pertinent cultum, nemo me
 lior, nemo iustior fieri potest. Erant quidem illi veri
 tatis cognitione dignissimi, quã scire tantopere cu
 pierūt, atq; ita, vt eam rebus omnibus anteponerēt.
 Nam & abieciſſe quosdã res familiares suas, & renū
 ciaſſe vniuerſis voluptatibus conſtat, vt ſolam, nu
 damq; virtutem, nudi, expeditiq; ſequerentur, tantū
 apud eos virtutis nomen, atq; auctoritas valuit, vt
 in ea omne ſummi boni p̄m̄ium prædicarent: Sed
 neq; adepti ſunt id, quod volebant, & operam, ſi
 mulatq; induſtriam perdiderunt, quia veritas, id eſt
 arcanum ſummi Dei, qui fecit omnia, ingenio, ac p̄
 priis non poteſt ſenſibus comprehendī: alioqui ni
 hil inter Deum hominemq; diſtaret, ſi conſilia, & di
 ſpoſitiones illius maiestatis æternæ cogitatio aſſe
 queretur humana: Quod quia fieri non potuit, vt
 homini per ſeipſum ratio diuina innotefceret, non
 eſt paſſus hominem Deus lumen ſapientię requirē
 tem diutius oberrare, ac ſine vllō laboris effectu,
 vagari per tenebras inextricabiles, aperuit oculos
 eius aliquando, & notionem veritatis munus ſuum
 fecit, vt & humanam ſapientiam, nullam eſſe mon
 ſtraret, & erranti, ac vago viam conſequenti im
 mortalitatis oſtenderet. Item in libro de falſa ſapientia
 idem dicit, Vellem mihi, quoniam veritas in ob
 ſcuro latere adhuc exiſtimatur, vel errore, atq; impe
 titiã vulgi, variis, & ineptis ſuperſtitionibus ſeruien

Nota.
 Cap. pri.

C A P. XIII

tis, vel philosophis prauitate ingeniorum turbantibus eam potius, quàm illustrantibus, etsi non qualis in M. T. fuit, quia præcipua, & admirabilis fuit, aliquã tamen proximam eloquentiæ contingere facultatem, vt quantum veritas vi sua valeat, tantum ingenii quoq; viribus nixa exerceret se aliquando, & discussis, conuictisq; tam publicis, quã eorũ, qui sapientes putantur, erroribus, humano generi clarissimũ lumen inferret, quod quidem duabus ex causis fieri vellem, vel quod magis possent credere homines ornatae veritati, qui etiam mendacio credunt, capti orationis ornatu, lenocinioq; verborum, vel certe, vt ipsi philosophi suis armis potissimum, quibus placere sibi, & confidere solent opprimentes à nobis: sed quoniam Deus hanc voluit rei esse materiam, vt simplex, & nuda veritas, esset luculentior, quia satis ornata per se est, ideoq; ornamenti extrinsecus additis, fucata corrumpit, mendacium vero specie placet aliena, quia per se corruptum vanescit, ac defluit, nisi aliunde ornatu quaesito circumlitum fuerit, ac politum, æquo animo fero ingenium mihi mediocre fuisse concessum. Verum ego nõ eloquentiæ, sed veritatis fiducia suscepi hoc opus fortasse maius, quàm possit meis viribus sustineri, quod tñ etiã si ego defecerim, Deo cuius est hoc munus, adiuuante veritas ipsa cõplebit, & parum infra dicit. Nec si philosophi doctrina literarũ mirabiles extiterint, ego etiam illis sciẽtiã veri, cognitionẽq; cõcesserim, quã nemo cogitando, aut disputando assequi põt. Neq; enim nunc reprehẽdo eorũ studiũ, qui veritatẽ scire voluerũt, qã naturã hoĩs Deus veri adipiscẽdi cupiẽtissimam fecit, sed id arguo, id requinco, qđ honestã illorũ, & optimã voluntatẽ non sit secutus effectus, qã neq; qđ esset verũ ipsum, sciebãt, neq; quõ, aut vbi, aut

Nota.

Eodem
cap:
Nota.

quā mēte quęrendū, ita dū succurrere humanis erro-
rib⁹ cupiūt, ipsi se in plagas, & errores maximos in-
dlexerūt. Et post quędā verba dicit Cū enim sit no-
bis diuinis literis traditū cogitationes oium philo-
sophorū, stultas esse, id ipsum re, & argumētis docē-
dum est, neq; honesto sapię nomine inductus, aut
inanis eloquētię splēdore deceptus, humanis malit,
q̄ diuinis credere, q̄ quidem tradita sunt breuiter, ac
nude: Nec enī, decebat aliter, vt cū Deus ad hoīem
loqueret, argumētis assereret suas voces, tanq̄ fides
ei nō haberet, sed vt oportuit est locutus, quasi rex
omniū maximus iudex, cuius nō est argumētari, sed
p̄nūciare verū, ipse vt Deus. Nec nō inferius etiā in-
quit. Quare nō est, qđ philosophis tm̄ honoris ha-
beamus, vt eorū eloquentiā pertimescamus: loq̄ enī
bñ potuerūt vt hoīes eruditi, bene aut loqui nullo
mō, quia veritatē nō didicerāt ab eo, q̄ eius potens
esset. Nec sanē magnū aliqd efficiem⁹, qđ illos igno-
rantię redarguemus, quā ipsi sc̄pissime cōfitemē, in
eo solo, qm̄ nō eis credit, in quo solo credi debuit,
conabor ostēdere nūquā illos, tā veridicos fuisse, q̄
cū sentētiā de sua ignoratione dixerūt. Vtētius etiā
istā materiā pertractans dicit. Nūc qm̄ superioribus
duobus libris religionū falsitas demōstrata est, nec
nō origo ipsa totius erroris exposita, huius libri mu-
nus est philosophiā quoq; ostēdere, q̄ inanis, & falsa
sit, vt oī errore sublato, veritas patefacta clarescat:
ordiamur itaq; à cōi philosophię noiē, vt ipso capite
destrutto, facilior nobis aditus pateat ad excidendū
oē corpus, si tm̄ pōt corpus vocari, cuius ptes ac mē
bra discordēt, nec vlla cōpage inter se cohæreant,
sed quasi disiecta & dissipata, palpitare potius, q̄ vi-
uere videant, philosophia est (vt nomen indicat)
ipsiq; definiunt studiū sapiētię. Vnde igitur pro-

Eodem
cap.

Nota.

Cap. 3.

Nota.

C A P. XIII

dem magis philosophiã non esse sapientiam, q̄ ex
 ipsius nominis significatione? qui enim sapientiã
 studet, utiq; nondum sapit, sed ut sapere possit, stu-
 det. In cæteris artibus studiũ, qd̄ efficiat, & quo ten-
 dat, apparet: quas cum discendo aliquis affectus est,
 iam non studiosus artificii, sed artifex nominat. At
 enim verecundię causa, studiosos se sapiẽtię, non sa-
 piẽtes vocauerũt, immo vero Pythagoras, qui hoc
 primum nomen inuenit, cum paulo plus saperet, q̄
 illi priores, qui se sapientes putauerunt, intellexit nul-
 lo humano studio posse ad sapientiam perueniri: &
 ideo nõ oportere incomprensę atq; imperfectę rei,
 perfectum nomen imponi. Itaq; cum ab eo quęre-
 tur, quẽ nam se esse profiteretur: Respondit philoso-
 phum, id est quęsitore sapiẽtię. si ergo philosophia
 sapiẽtiã quęrit, nec ipsa sapiẽtia est, quia necesse est
 aliud esse, qd̄ quęrit, aliud quod quęritur, nec quęsi-
 tio sapiẽtię recta est, quia nihil potest inuenire. Ego
 vero ne studiosos quidẽ sapiẽtię philosophos esse
 concesserim, quia illo studio ad sapiẽtiã non per-
 uenitur. Nam si facultas inueniendę veritatis huius
 studio subiaceret, & si esset id studium tanq̄ iter ad
 sapiẽtiã, aliquñ esset inuenta. Cum vero tot tẽpori-
 bus, tot ingeniis in eius inquisitione contritis, nõ sit
 cõprehẽsa: apparet nullã esse ibi sapiẽtiã. Nõ ergo sa-
 piẽtiã studet, q̄ philosophant, sed ipsi studere se pu-
 rant, q̄ illud, qd̄ quęrunt, vbi, aut quale sit nesciũt.
 Siue ergo sapiẽtię studet, siue nõ student, sapientes
 non sunt, q̄ nunq̄ reperiri potest, qd̄ aut non recte
 quærũt, aut oino nõ quærũt. Præterea cũ declarauit
 philosophiã duabus rationibus cõstare, sciẽtia. s. &
 opinatione, & ostēderit solã opinionẽ esse in philo-
 sophia gentiliũ, atq; dixerit, qd̄ qui naturalia, q̄ sciri
 ab hoie nõ possunt, scire se putant, furiosi, demen-

Nota

Cap 3.
 Nota.

tesq; sunt iudicandi: & qd plus audent philosophi,
quia nullus existit, qui errores eorū coarguat, tandē
hæc dicit, nec tamen ideo felicior putanda est eo-
rum impudentia, & audacia, quia non redarguuntur,
redarguit enim Deus, cui soli veritas nota est, licet
conuiuere videatur: atq; hominum sapientiam, pro
summa stultitia computat. Et statim nouum faciens
caput sic addit. Recte igitur Zeno, ac Stoici opina-
tionem repudiant, opinari enim te scire quod ne-
scias, nō est sapientis, sed temerarii potius, ac stulti.
ergo si neq; sciri quicquā potest (vt docuit Socra-
tes) nec opinari oportet (vt Zeno) tota philoso-
phia sublata est. Quid, q non tantum ab his duo-
bus euertitur, qui philosophiæ principes fuerūt, sed
ab omnibus, vt iam videatur, iampridem suis armis
esse confecta: In multas sectas philosophia diuisa
est, & omnes varia sentiunt. In qua ponimus veri-
tatem? in omnibus certe non potest, designemus
quālibet, nempe in cæteris omnibus sapientia non
erit: Transcāmus ad singulas, eodem modo, quic-
quid vni dābimus, cæteris auferemus. Vnaquæq;
enim secta, omnes alias euertit, vt se, suāq; cōfirmet,
nec vlla alteri sapere concedit, ne dissipere fateatur,
sed sicut alias tollit, sic ipsa quoq; ab aliis tollit. Ni-
hilominus enim philosophi sunt, qui eam stultitiæ
accusant: Quācūq; laudaueris, verāq; dixeris, à phi-
losophis vituperat vt falsa. Credemus ne igitur se,
suamq; doctrinā laudanti, qn multis vnus alterius
ignorantiam culpantibus? Rectius ergo sit necesse
est, quod plurimi sentiunt, q̄ quod vnus. Nemo .n.
potest de se recte iudicare, quod nobilis poeta testa-
tur: ita enim comparatam esse hominū naturam o-
mniū, vt aliena melius videant, & diiudicent, q̄ sua.
Cum igitur omnia incerta sint, aut omnibus credē

dū sit, aut nemini : si nemini sapiētes ergo nō sunt,
quia singuli sapiētes esse se putant: si oibus æque nō
sunt sapientes, quia singuli ab oibus esse negant sa
piētes: pereūt igit̃ vnuerſi hoc modo & tanq̃ sparti
illi poetarū, sic se inuicē iugulant, vt nemo ex oibus
reſtet, qđ eo fit, quia gladiū habent, ſcutum non ha
bent. Si ergo ſingulæ ſectæ multarū ſectarū iudicio
ſtultitiæ conuincūtur, cēs igitur vanę, atq; inanes re
perunt, ita ſeiſam philoſophia cōſumit & cōſicit.
Cap. 13. Et poſt mlt̃a dicit, Sciāt igit̃ errare ſe, q̃ philoſophiā
Nota. putant eſſe ſapientiam. Non traħant̃ autoritate cu
iuſpiā, ſed veritati potius accedant. Nullus hic teme
ritatis locus eſt, in æternū ſtultitię poena ſubeunda
eſt, ſi aut perſona inanis, aut opinio falſa deceperit,
homo aut̃ qualiſcūq; eſt, ſi ſibi credit: hoc eſt ſi hoī
credit (vt nō dicā ſtultus, qui ſuum non videat erro
rem) certe arrogans eſt, q̃ ſibi audeat vendicare, qđ
humana cōditio non recipit. Et ad M. T. ſermonē
habens, quem perfectum oratorem, ſummumq; phi
Cap. 14. loſophum habēt, inferius dicit, ſtudiſti nempe phi
loſophiæ, & quidem ſic, vt nullus vnquam diligen
tius, quippe qui omnes cognoueris diſciplinās, ſi
cut ipſe gloriari ſoles, eamq; ipſam latinis literis illu
ſtraueris, imitatoremq; te Platonis oſtenderis. Ce
do igitur quid didiceris, aut in qua ſectā veritatē de
prehenderis: in Academia ſcilicet, quā ſecutus es,
quam probaſti? At hæc nihil docet, niſi vt ſcias te
nihil ſcire. Tui ergo te libri arguūt, qđ nihil à phi
loſophia diſci poſſit ad vitam, hæc tua verba ſunt,
mihi autem non modo ad ſapientiam cæci vide
mur, ſed ad ea ipſa, quæ aliqua ex parte cerni videā
tur, hebetes, & obtuſi. Si ergo philoſophia eſt ma
Nota. giſtra vitæ, Cur tibi cæcus, & hebes, & obtuſus vi
debare, quem oportuit illa docentē, & ſentire, & ſa

pere, & in clarissima luce versari? At quam confessus fueris philosophiæ veritatē, docent ad filium cōposita p̄cepta, quibus mones philosophiæ quidem p̄cepta noscēda, viuendū autē esse ciuilit̄er. Quid tam repugnās dici potest? si noscēda sunt p̄cepta philosophiæ, ideo utiq; noscēda sunt vt recte, sapienterq; viuamus, vel si ciuilit̄er viuendū est: nō est igitur philosophia sapiētia, siquidē melius est ciuilit̄er, q̄ philosophice viuere. Nam si sapientia est, q̄ dicit philosophia, stulte p̄fecto viuit, qui nō s̄m philosophiam viuit: si autē non stulte viuit, qui ciuilit̄er viuit, sequetur vt stulte viuat, qui philosophice viuat: tuo itaq; iudicio philosophia stultitię inanitatisq; dānata est. Idem in cōsolatione .i. in opere non ioculari hanc de philosophia sententiā tulisti, sed nescio quis nō teneat error, aut miserabilis ignoratio veri. Vbi est ergo philosophiæ magisteriū? aut quid te docuit illa vitæ p̄rens, si verū miserabiliter ignoras? Quod si hæc erroris, ignorationisq; confessio penē inuito tibi ab intimo pectore expressa est: Cur non tibi aliquando verū fatebaris: philosophiā, quam tu nihil docentem in cœlum laudibus extulisti, magistrā virtutis esse non posse? Et post pauca hæc dicit ipse Lactantius, nulla itaq; ratio, vel scientia, vel lex bene viuendi, nisi in hac vnica, & vera, & cœlesti sapientia constituta est, quę philosophis fuit ignota. Nam illa terrena, quoniam fallax est, varia, & multiplex, sibiq; tota contraria est, & sicut vnus est huius mundi constitutor, & rector deus, vna veritas, ita vnā esse, ac simplicem sapientiā necesse est, quia quicquid est verum, ac bonū, id perfectum esse non potest, nisi fuerit singulare. Præterea cum illud quoq; argumentū, qđ contra philosophiā valet plurimū, quoq; vsus est Hortensius Ciceronis, ex eo. l.

Cap. 15.
Nota.

C A P . X I I I

cap. 16.
Nota.

posse intelligi philosophiã non esse sapientiã, quod principiu, & origo eius appareat, adduxisset. Tandẽ cõcludit Lactãtius dicẽs: ergo philosophia, quã non à principio fuit, nõ est eadẽ vera sapiẽtia. Sed videri licet Græci, q̃ sacras veritatis literas non attigerant, quẽadmodũ deprauata esset sapientia nesciuerũt: & ideo cũ vacare sapientia humanã virã putarent, philosophiã cõmenti sunt. i. latentẽ atq; ignotã sibi veritatem differendo eruere voluerũt. Quod studium per ignorantia, veri sapientiã putauerũt: Et declarãt q̃ doctrina cõelestis (quã Christus p se in terris docuit apostolos, & discipulos suos, & p spiritũ suũ sanctũ, etiã anteq̃ incarnareẽ, patres, atq; pphetas, & postq̃ ascendit ad coelos, vniuersam ecclesiã) sapientiam sola largit, quã natura cõis appetit, & quãrens philosophia nõ inuenit. hęc dicit. Qd̃ ergo illi poscente natura faciendũ esse senserũt, sed tñ neq; ipsi facere potuerũt, neq; à philosophis fieri posse viderunt, sola hęc efficit doctrina cõelestis, q̃ sola sapientia est, &c. quẽ ibi sequunt. Et in fine libri docẽs quõ transeundũ sit à vanitate philosophorũ, & ad veram sapientiã aspirandũ. s. ad verbũ Dei, in quo solo veritas inuenit, & virtus, & beatitudo: hęc dicit. Vna igit spes hois, vna salus in hac doctrina, quã defendimus, posita est, ois sapientia hois in hoc vno est, vt Deũ cognoscat, & colat, hoc nostrũ dogma, hęc scientia est: quãta itaq; voce possum testificor. p̃clamo, denũtio, hoc est illud, qd̃ philosophi oẽs in tota sua vita q̃sierũt, nec vnq̃ tñ inuestigare, cõprehendere, tenere voluerũt, quã aut prauã religionẽ tenuerunt, aut totã penitus fustulerũt. Faceffant igitur illi omnes, qui humanã vitam non instruunt, sed turbant. Quid enim docent? aut quẽ instruũt, q̃ seipfos non instruxerunt? Quem sanare ægroti, quẽ regere

Cap. 16.

Cap. 30.

Nota.]

cæci pōssunt? Huc ergo nos oēs, quibus est cura sapiētiæ, conferamus, an expectabimus donec Socrates aliqd sciat? aut Anaxagoras lumen in tenebris inueniat? aut Democritus veritatē de puteo extrahat? aut Empedocles dilatet animi sui semitas? aut Arcefilas, & Carneades videant, sentiant, percipiāt? Ecce vox de coelo veritatē docēs, & nobis sole ipso clarius lumen ostēdens. Quid nobis iniqui sumus? & sapientiam suscipere conctamur? quā docti hoīes contriti inquirendo, ætatibus suis nunq̄ reperire potuerunt. Qui vult sapiens, ac beatus esse, audiat Dei vocē, discat iustitiā, sacramentū natiuitatis suę norit, humana contēnat, diuina suscipiat, vt summū illud bonū, ad quod natus est, possit adipisci. Vbi autem quærenda sit vera sapientia ostendit idem Lactantius in libro de vera sapiētia dicens, quare si neq; illi siue re sapientes, qui sunt appellati, & posteriores, qui nō dubitauerūt insipientiā confiteri, quid superest, nisi vt alibi sit quærenda sapientia, quando non est, vbi quærebatur, inuenta? Quid autē putemus fuisse causæ, cur tot ingeniis, totq; tēporibus summo studio, & labore quæsitā nō reperiretur, nisi q̄ eam philosophi extra fines suos quæsierunt? qui quoniā peragratīs, & exploratis oībus, nullā vsquā sapientiam comprehenderunt, & alicubi esse illam necesse est: appareret illic potissimum esse quærendā, vbi stultitiæ titulus apparet, cuius velamēto Deus, ne arcanū sui diuini operis in propatulo esset, thesaurū sapientiæ, & veritatis abscondit. Vnde equidem solemus mirari, quòd cum Pythagoras, & postea Plato amore indagandæ veritatis accensi, ad Ægyptios, & Magos, Persas vsq; penetrassent, vt earū gentium ritus, & sacra cognoscerent (suspicabantur enim sapiētiā in religione versari) & ad Iudæos tamen non access-

Nota 1

Cap. 1.

Nota.

serunt, penes quos tunc solos erat. Et quo facilius ire potuissent: sed auersos esse arbitror diuina prouidentia, ne scire possent veritatem, quia nondum fas erat alienigenis hominibus religionem Dei verius stitiâq; cognoscere. Siquis vero plura ex Lactantio contra philosophos habere desiderat, eos petat libros, quos de falsa deq; vera sapientia inscripsit, immo omnes eius libros diuinarum institutionum aduersus gentes perlegat. Nobis vero hæc sint satis.

Capitulum quintumdecimū, in quo ponuntur autoritates diuorū episcoporum Cypriani scilicet & Ambrosii.

Cyprianus.

Coll. c. 1.
Nota.

Nota.

Diuus quoq; Cæcilius Cyprianus episcopus Carthaginen. in libro epistolarū quarto ad Antonianum de Nouatiano schismatico scribens, inquit. Alia est philosophorum, & stoicorum ratio; frater carissime, qui dicunt omnia peccata paria esse, & virum grauē non facile flecti oportere. Inter christianos autem, & philosophos plurimum distat. Et cum apostolus, dicat. Videte, nequis vos depredeatur, per philosophiam, & inanem fallaciam: vitanda sunt, quæ nō de Dei clementia, sed de philosophiæ duriori præsumptione descendunt. Et libro secundo epistolarum, idem Cyprianus ad Donatū scribens, inquit. In iudicii contentione, pro rostris opulenta facundia, volubili ambitione iactetur, cum de domino, & de Deo vox est vocis pura synceritas, nō eloquentiæ vitibus nititur ad fidei argumēta, sed rebus deniq; accipe, non diserta, sed fortia, nec ad audientia secularis illecebras sermone fucata, sed ad diuinam indulgentiā prædicandā, rudi veritate simplicitate. Et in libro tertio aduersus Iudæos, ad Quirinū filium scripto, inter cætera præcepta dominica &

magisteria diuina, hoc quinquagesimū tertium præceptū ponit, sic dicens. Dei arcana perspicere non potest, & ideo fidem nostram simplicem esse debere. In epistola Pauli ad Corinth. prima. Videmus nunc **Cap. 13.**
per speculum in ænigmate, tunc autē facie ad faciem. Nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum. Item in Solomonis sapientia, & in simplicitate cordis, quærite Deū. Item apud eundem, qui ambulat simpliciter, ambulat fidenter. **Cap. pri. Eccle. 3.**
Item apud eundem. Altiora te ne quæseris: & fortiora te ne scrutatus sis. Item in Solomone: noli esse **Eccle. 7.**
multum iustus & noli argumentari plusquam oportet. Item apud eundem. Væ qui arguti sunt in semetipsis. Item in Machabeis, Daniel in simplicitate sua liberatus est de ore leonum. Item in epistola **Primo Macha. 3**
Pauli ad Roma. O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & quàm inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit, vel quis prior dedit ei, & retribuatur illi? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi claritas in secula seculorum. Item ad Timotheum. **Cap. 11.**
Stultas, & ineruditas quæstiones de vita, sciens quia lites generant. Seruum autem Dei non oportet litigare, sed mitem esse ad omnes. Et sexagesimum nonum præceptum scribens sic inquit, non in sapientia mundi, nec eloquentia, esse regnum Dei, sed in fide crucis, & in virtute conuersationis. In **Cap. pri.**
epistola Pauli ad Corinth. prima. Misit me Christus annunciare, non sermonis sapientia, ne inanis fiat crux Christi: Verbum enim crucis stultitia est iis, qui pereant, iis autem, qui saluantur, virtus Dei est: scriptū est enim perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo: Vbi sapiens? Vbi sciens?

ba: Vbi cōquisitor seculi huius? Non ne infatuauit
 Deus sapientiam huius mundi? quoniam quidē in
 sapientia nō cognouit mūdus per sapientiam Deū,
 complacuit Deo per stultitiam prædicationis saluare
 credentes: Quoniam Iudæi signa desiderant, & Græci
 prudentiam quærunt: Nos autē prædicamus Christum
 crucifixum, Iudæis quidem scandalum gentibus
 autem stultitiam, Ipsis autem vocatis Iudæis, &
 Græcis, Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam:
 Et iterum: nemo se decipiat, si quis putat se sapiens
 esse in vobis, seculo huic stultus fiat, vt fiat sapiens:
 Sapientia enim huius mūdi stultitia est apud
 Deum. Scriptum est enim reprehendes sapientes in
 astutia ipsorum: Et iterum Dominus cognouit cogitationes
 sapientium, quia sunt stultæ. hæc Cyprianus: Quibus
 addamus ea, quæ grauisissimus Ambrosius Mediolanen. Episcopus,
 pro veritate, quã defendimus, posuit. Hic scribens in ps. 118. Et enarrans
 versum illū, Defecerunt oculi mei in eloquium tuū,
 dicentes quando consolaberis me: post multa dicit:
 Sed fortasse dicat aliquis dictū esse ab apostolo,
 quia non in sermone regnum Dei est, sed in virtute:
 scriptum non nego, sed in quo sermone, cognosce,
 Nempe quæ efflatus effuderit, q̄ audiētibus prodesse
 non possit, qui sine ostensione sit spiritus atq; virtutis,
 hunc sermonem Pau. non dignatur cognoscere.
 vult enim magis virtutem sermonis agnoscere. Deniq;
 nolebat talem suum esse apostolus sermonem,
 qui in infirmitate veniebat, vt alios saluos faceret, &
 fortiores, in timore, & tremore, vt timētes nihil me
 tuerent nisi Dominum Iesum, trementes pacē eius,
 tranquillitatemq; seruariant: Audi ergo qualem apostolus
 sermonem habebat: Et sermo (inquit) meus,
 & prædicatio mea, non in persuasione, sapientiæ
 verborum,

Primæ
 Cor. c. 3.

Ambr.
 serm. 11.

Primæ
 Cor. cap.
 secundo.

verbōrum, sed in ostensione spīritus, & virtutis: quia Notā
 fides nō in forensi sermone sapiētiae, sed in Dei vir-
 tute firmat. Ergo in sermone sanctorū virtus est, in
 sermone autē forensi isto, ac philosophico vanitas
 mundi. Virtutē autē esse in sermone sanctorū etiam
 iste propheta te doceat: qui ait. Dñs dabit verbum
 Euangelizantibus virtute multa: hoc est, vt multa
 possint virtute Euangeliū prædicare, probatū est er-
 go, qđ in euangeliū prædicatione sit virtus, prædica-
 tio autē euangeliū, sermo sanctorū est. Ita dubiū non
 residet, quin in sermone sanctorū sit virtus. Itē enar-
 rans versum illū Appropinquet deprecatio mea in
 cōspectu tuo Dñe, iuxta eloquiū tuum da mihi in-
 tellectū, vel vt ipse legit, secundū verbum tuū mihi
 tribue intellectū, secundum verbū Dei. Est enim in-
 tellectus ad mortē, sicut est prudētia ad interitū, filii
 huius seculi prudētiores sunt, q̄ filii lucis in hac ge-
 neratione, sed prudētia ista, quæ seculi est, ad vitam
 non suffragat æternā, circa honorē, circa lucella est,
 quæstibus coaceruādis intenta, nō meritis cōparan-
 dis. Postremo circa Elemēta mūdi est phalerata ma-
 gis, q̄ vera sapiētia, vt est philosophia oīs, quæ alie-
 na quærit, cū sua nesciat, scrutat cœli plagas, mundi
 spatia rimat, quæ sibi p̄desse nō possunt, Deū igno-
 rat, quē solum deberet inquirere. Ideo verus sapiēs
 dicit: Siquis videt sapiēs esse inter vos in hoc secu-
 lo, stultus fiat, vt sit sapiēs. Sapia. n. huius mūdi stul-
 titia est apud Deū. Elaborandū est igit, vt in hoc se-
 culo stulti simus, nihil nobis cū philosophia, ne fi-
 dem nostrā per Elemēta mūdi huius traducat à ve-
 ro, nequis assertionē nostrā per philosophiā depræ-
 detur: Sic enim Arianos in perfidiā ruisse cognoui-
 mus, dū Christi generationē putant vsu huius seculi
 colligendā, reliquerunt Apostolum, sequunt Arist.

ps. 69.

Nota

Primæ
Cor. 3.

Nota

Coll. 2.

Nota.

Ps. 16.

Nota.

Matt. 22.

Nota.

Reliquerūt sapientiā, quæ apud Deū est: elegerūt di-
 spurationis tendiculas, & aucupia verborū s̄m Diale-
 cticæ disciplinā, Cum clamaret apostolus. Neq̄s vos
 deprædes per philosophiā, & inanē seductionē, s̄m
 traditiones hoīum, s̄m Elemēta huius mūdi, & non
 s̄m Christū. Vtinā possim imitari illam stultitiā, qua
 s̄m sapiēs, illum virū habentē amplas possessiones,
 sed nō negligentē fructum, intentū Deo, illum virū,
 qui honores etiā delatos sibi respuat, doctrinā phi-
 losophiæ non requirat, etiā si ante cognouit, tamen
 scire dissimulet, & nō requirendo dediscat, nō que-
 rat, quæ sua sunt, sed aliis sua conferat, sibi acquirat
 æterna, hic pōt dicere s̄m verbū tuū intellectu tribue
 mihi. i. nō s̄m philosophos, non s̄m cauidicos, nō s̄m
 mercatores huius sæculi, nō s̄m Architectos domoꝝ,
 sed s̄m verbū tuū, quod est veræ sapientiæ, bonorumq̄
 operū fundamentū, vt super illud constituat propheta
 aurum cordis sui, argentum sermonis sui, lapides pre-
 ciosos operationū suarū, vt opus suum labi, & perire
 non possit. Et exponēs versum illum. pronuntiabit
 lingua mea eloquiū tuum, quia omnia mandata tua
 equitas, loco cuius ipse legit, loquetur lingua mea
 verbum tuū, quoniā omnia mandata tua iustitia est,
 ait, Qui didicerit iustitias Dei, loquitur verbum Dei:
 Et qui verbū Dei loquitur, ociosum verbum non lo-
 quitur: ociosum verbum est loqui opera hoīum, ideo
 sanctus dicit dari sibi à Dño gratiā, vt non loquat
 os suum opera hoīum, quia ociosum verbū est,
 nec solū ociosum, sed etiā periculosum, p̄ quo
 reddituri sumus rōnē: oē enim verbū quodcūq̄
 locuti fueritis, reddetis p̄ eo rōnem. Nō enim
 mediocre periculū est, cū habeas tāta eloquia
 Dei, & Dei opera, quæ fecit in genesi: fecit in
 Exo. fecit in Leuitico Nume. Deutero: Iesu naue, Iuz

dicum libro regnorum, atq; Esdrę libris, fecit in euāgelio, in actibus apostolorum; Illis prætermisissis loquaris, quæ seculi sunt. Audias quæ seculi sunt, sepius aures tuas spinis, vtinam & linguā obsepias, ne loquaris, quæ seculi sunt: audias quæ seculi sunt. Et in præfatione, quam idem Ambrosius in Euangelium Lucæ fecit, hæc dicit. Nam licet scriptura diuina mundanæ euacuet sapientiæ disciplinam, maiore fucata verborum ambitu, quæ rerum ratione subnixæ sit: Tamen si quis in scripturis diuinis, etiam illa, quæ miranda illi putant, quærat, inueniet. Et exponens illud Pauli in epistola ad Corinth. prima. Non in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi, dicit: Prædicatio christiana non indiget pompa, & cultu sermonis: ideoq; piscatores homines imperiti electi sunt, qui euangelizarent, vt doctrinæ veritas ipsa, se commendaret, teste virtute, ne hominum versutia, & calliditate humanæ sapientiæ, acceptabilis videretur, non veritate. Sic disciplinæ ab hominibus adinuentæ, in quibus non ratio, non virtus, sed verborum quæritur compositio, ac per hoc gloriam suam quærat, qui fidē Christi verbis exornare vult, obscurat enim illam splendore verborum, vt non illa, sed ipse laudetur: sicut pseudoapostoli, ne stulti viderentur prudentibus mundi, in sapientia hominum Christum prædicabant duplici genere, vt, & eloquentiæ studerent, & ea, quæ mundus in nobis stulta iudicat, euitarent, vt neq; incarnatum Dei filium, & de Virgine natū docerent, neq; carnis futuram resurrectionem, quia mundi istud sapientiæ ratio, stultum iudicat, ac per hoc Apostolus non se in sapientia hominum dicit Christum prædicare, ne euacuetur crux Christi: Qui in sapientia hominis Christum annunciant, negant veritatem prædicationis.

Ecccl. 28

Cap. pri.
Nota.

Nota.

Coll. c. 1.

Et in cap. quintodecimo; eiusdem epistolę scribens dicit. Dicant nunc Sophistę mundi; & scrutatores syderum, si valent cōprehendere, quę extra se sunt cum quid intra se sit nesciant. Deniq; omnes mundani philosophi, quia mentem suam legi Dei humiliare, vt fidem eius susciperēt noluerunt, diuersa semper, & contraria asserentes, inanis simis disputationibus inuicem se confuderunt. Pręterea interpretans illud: Pauli. Videte nequis vos depreddetur per philosophiam, & inanem fallaciã, s̄m traditionem hominum, s̄m elementa huius mundi, & nō s̄m Christum, quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, inquit philosophiam dicit terrenã, per quam solent seduci, qui cupiunt prudentes iudicari in mundo. Hęc argumentis, & subtilitate minorum quorundam componitur, quasi phisicas inuestigauerit rationes, quędam habens admista, quę hortamenta sunt bonę vitę, vel documenta, aliquãdo de mensuris, nec non de numeris, aliquãdo de elementorum qualitatibus, & quantitibus ordinata, in cuius disputationes qui inciderit, vix, & raro euadet, detinetur enim verisimilibus causis, & comititiis rebus, nihil tam verũ æstimans, q̄ conspicitur, & intelligitur in elementis, & quia quę ad pręsens sunt, & cernuntur oculis, suauia, & oblectabilia videntur aliquot seducunt, qui spiritalem rationem despiciendam, & ridendam putant, desperatione futuri, omnem vim astris assignantes carnali ratione obnoxii, ne grauia credenda sint, substolli in coelũ posse, ne ue leuia venire ad terras, aut aliquid corporeum sine rerum admistione generari, repugnantes potentię, ac prouidentię Dei. Sciunt enim legi in diuinis veteribus hebręorum voluminibus multa gesta per Moysem, quę humana ratio non capit.

Simili modo, & in nouis libris facta à domino, aut per apostolos, quæ tractatus carnalis prohibet credi. Hanc ergo traditionem, vel philosophiam fallacem, & inanem appellat, quia non à potentia Dei ordinata est: sed ab imbecillitate ratiocinationis humanæ, quæ potentiam Dei intra scientiam suam coartat, ne aliter credatur facere, quàm carnalis se continet ratio, quia singulis elementis diuinitatis diuersitatē deputant ad culturam, vt obligent animos imperitorum, ne se ad Deum verum extendant; quãobrem cauendam monet traditionē istam, quia mundi cultrix est, non Dei, qui vnus est, nec ad Christum, sed à Christo distrahit, in quo perfectio diuinitatis est. Et in libro tertio de virginibus, pertractans illud cãtici canticorum Solomonis. Inuenerunt me custodes, qui circuierunt ciuitatem, percusserunt me, & vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum custodes murorū, inquit. inuenerunt ergo custodes, & vulnerauerūt eam, & tulerunt ei pallium, hoc est actus corporales, inuolucrū sustulerunt, vt nuda mentis simplicitas, quæretet Christum, quia nemo potest amictu vestitus philosophiæ, in habitu scilicet sapientiæ secularis, Christū videre, & bene tollitur ei amictus philosophic, nequis eam per philosophiam deperdetur. Hinc de Mose dicit in libro primo Hexameron: Moses utiq; ille eruditus in omni sapientia Egyptiorum, quem de flumine collectum filia Pharaonis, vt filium dilexit, & subsidiis regalibus fultū, omnibus secularis prudentiæ disciplinis informari, atq; institui desiderauit, quiscum de aqua nomen acceperit, non putauit tamen dicendum, quod ex aqua constarent omnia, vt Thales dixit: & cū esset in aula educatus regia, maluit tamen pro amore iustitiæ, subire exilium voluntarium, quàm in Tyrannidis

Nota.

Nota.

cap. 5.

Nota.

Cap. 2.

fastigio peccati perfunctionē delictis acquirere. De
 niq; priusquā ad populi liberandi munus vocaret,
 naturali æquitatis studio prouocatus, accipientē in
 iuriam de popularibus suis ultus, inuidiæ sese de
 dit, voluptatiq; eripuit, atq; omnes regiæ domus
 declinans tumultus, in secretum Æthiopiæ se con
 tulit, ibiq; à cæteris negociis remotus, totum diuinæ
 cogitationi animum intendit, vt gloriam Dei videret
 facie ad faciem, Cui testificatur scriptura, quia ne
 mo surrexit amplius propheta in Israel, sicut Moy
 ses, qui sciuit Dominum facie ad faciem, non in vi
 sione neq; in somnio, sed ore ad os cum Deo sum
 mo locutus est, neq; in specie, neq; per enigmata,
 sed clara, atq; perspicua præsentis diuinæ dignatio
 ne donatus. Is itaq; Moyes aperuit os suum, & effu
 dit, quæ in eo Dominus loquebatur secundum quod
 ei dixerat, cum eum ad Pharaonem regem dirige
 ret, vade ergo, & ego aperiam os tuum, & instruam
 te, quid debeas loqui: Etenim siquid de populo di
 mittendo diceret, à Deo acceperat, quanto magis,
 quod de cælo loqueretur? Deniq; non in persua
 sione humanæ sapientiæ, neq; in philosophiæ simu
 latoris disputationibus, sed in ostensione spiritus,
 & virtutis, tanquā testis diuini operis ausus est dice
 re: In principio fecit Deus cælum, & terram &c.
 Item libro secundo dicit. Vos igitur quæso, vt na
 turaliter estimare, quæ dicimus probabiliter, ac sim
 plici mente, & sedulo ingenio pensare dignemini,
 non secundum philosophiæ traditiones, & inanem
 seditionem, suasoria verisimilia colligentes, sed se
 cundum regulam veritatis, quæ oraculis diuini ser
 monis exprimitur, & contemplatione tantæ maie
 statis, fidelium pectoribus infunditur, quia scriptum
 est. Confirma me in verbis tuis: Narrauerunt mihi

Deut. 12.

Nota.

Ps. 118.

iniusti exercitationes, sed non sicut lex tua Domine, omnia præcepta tua veritas. Item in libro *Ser. 43.* sermonum, dicit: Nolo te imitatore[m] esse nocturæ, quæ licet per noctem vigilet, per diem tamen pigra, vel cæca est, quæ grandibus oculis tenebrarum caliginis diligit: splendorem solis horrescit, mirum enim in modum, illuminatur obscuritate, luce cæcatur. Istud animal Hæreticorum figura est, atq[ue] Gentiliū, qui tenebras amplectuntur Diaboli, lucem saluatoris horrescunt, & grandibus disputationum oculis cernunt varia, non recipiunt sempiterna. De his ait Dominus. oculos habent, & non videbunt, in tenebris ambulant. Sunt enim acuti ad superstitionosa, hebetes ad diuina, qui dum se putant subtilibus euolare sermonibus, tanquā nocturæ, veri luminis splendore turbantur.

Capitulū sextumdecimū, in quō diui Aurelii Augustini Episcopi Hypponen. authoritates ponuntur.

Accedit doctissimus ille vir Diuus Aurelius Augustinus, qui in tertio Confessionum suarum libro loquens de Ciceronis Hortensio, post aliqua dicit: Quomodo ardebam Deus meus, quomodo ardebam euolare à terrenis, ad te, & nesciebam, quid ageres mecū. Apud te est enim sapiētia, Amor autem sapiētiae nomen Græcū habet *φιλοσοφίας*, quomae accendebant illę literę, sunt qui seducantur per philosophiam, magno, & blando, & honesto nomine colorantes, & fucantes errores suos: Et propè omnes, qui ex illis & supra temporibus tales erāt, notantur in eo libro, & demonstrantur, & manifestat ibi illa salutifera admonitio, spiritus tui per seruum

August.

Col. cap. **secundo.** tuum bonum, & pium. Videte nequis vos decipiat per philosophiam & inanē seductionem, secundū traditionem hominum, secundum Elementa huius mundi, & non secundum Christum, quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et ego illo tempore, scis tu lumen cordis mei, quoniā nondū mihi hæc apostolica nota erant, hoc tamen solo delectabar in illa exhortatione, quod nō illam, aut illam sectam, sed ipsam, quæcūq; esset, sapientiā, vt diligerem, & quærerem, & assequerer, & tenerē, atq; amplexarer fortiter, excitabar sermone illo, accendebam, & ardebam, & hoc solum me in tanta flagrantia refrigebat, quod nomen Christi nō erat ibi: Et ad Dioscorum scribēs, de curiosis quæstionibus post multa dicit: Ex quo intelligitur, ipsos quoq; Platonice gētis philosophos, paucis mutatis, quæ christiana improbat disciplina inuictissimo vni regi Christo pias ceruices oportere submittere, & intelligere verbum Dei homine indutum, qui iussit, & creditum est, quod illi vel proferre metuebant, huic tibi Dioscore, vt tota pietate subdas velim, nec aliam tibi ad capeffendam, & obtinendā veritatem viam munias, q̄ quæ munita est ab illo, qui gressuum nostrorū, tanq̄ Deus videt infirmitatē. Ea est aut prima humilitas, secūda humilitas, tertia humilitas, & quoties interrogares hoc dicerē, nō quo alia nō sint præcepta, quæ dicant. sed nisi humilitas oīa, quæcūq; bñ facimus, & præcesserit, & comitetur, & cōsecuta fuerit, & proposita, quam intueamur, & apposita, cui adhæreamus, & imposta, qua recipiamur: iam nobis de aliquo bono facto gaudentibus, totum extorquet de manu superbia: Vitia quippe cetera in peccatis, superbia vero etiam in recte factis timēda est, ne illa, quæ laudabiliter facta sunt, ipsius laudis cu-

piditate admittantur. Itaq; sicut rhetor ille nobilissimus, cum interrogatus esset, quod ei primum videretur in eloquentiæ præceptis obseruari oportere, pronunciationem dicitur respondisse: Cum quaereretur quid secundo, eandem pronunciationem: Quid tertio nihil aliud, q̄ pronunciationem dixisset. Si interrogares, & quoties interrogares de præceptis christianæ religionis, nihil me aliud respondere nisi humilitatem, liberet, Etsi forte alia dicere necessitas cogeret, huic humilitati saluberrimę, quam Dominus noster Iesus Christus (vt doceret) humiliatus est, huic inquã, maxime aduersatur quædam (vt ita dicam) imperitissima scientia, dum nos scire gaudemus, quid Anaximenes, quid Anaxagoras, quid Pythagoras, quid Democritus senserit, & ceteri huiusmodi, vt docti eruditq; videamur, cū hoc à vera doctrina, & eruditione longe absit. Item ad Memorium Episcopum scribens de disciplinis liberalibus, hæc dicit. Nimis autem ingratum, ac ferreū fuit, vt te, qui nos sic amas, hic sanctus frater, & collega noster Possidius, i quo nostrã non parua præsentia reperies, vel non disceret, vel sine literis nostris disceret: Est enī per nostrū ministeriū, nō literis illis, quas variarū serui libidinū, liberales vocāt, sed domino pane nutritus quātus ei potuit p nostras angustias dispōsari. Quid enim aliud dicēdū est eis, q̄ cū sint iniqui, & impii, liberalit̄ sibi vident̄ erudiri, nisi q̄ i literis vere liberalibus legimus, Si vos filius liberauerit, tūc vere liberi eritis. p eū nāq; præstat vt ipse etiã quæ liberales disciplinę ab eis, qui in libertatem vocati nō sunt, appellant̄, quid in se habeant liberale noscāt. Neq; enim habent congruū liberati, nisi quod habent congruū veritati, Vnde ille ipse filius, Et veritas (inquit) liberabit vos. Nō ergo illæ

Nota.

Eplā 131

Ioannes
cap. 8.

C A P. XVI

Nota.

innumerabiles, & impiæ fabulæ, quibus vanorum plena sunt carmina poetarum, villo modo nostræ consonant liberati. Non oratorum inflata, & expolita mendacia, non denique ipsorum philosophorum garrulæ argutia, quæ vel Deum profus non cognouerunt, vel cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipientes cor eorum, & dicentes se esse sapientes stulti facti sunt, & immutauerunt gloriam incorrupti Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, atque quadrupedum, & serpentum, vel quæ istis simulacris non dediti, aut non nimis dediti, coluerunt tantum, & seruiuerunt creaturæ potiusquam creatori. Absit omnino, ut istorum vanitates, & insanie mendaces, ventosæ nugæ, ac superbior error recte liberales literæ nominantur, hominum. scilicet infelicitium, qui Dei gratiam per Iesum Christum dominum nostrum, qua sola liberamur de corpore mortis huius, non cognouerunt, nec in eis ipsis, quæ vera sunt, senserunt. Item in libro de moribus ecclesiæ cath. inquit. Est item aliud, quod de corporibus per imagines quasdam concipit anima, & eam vocat rerum scientiam, quâ obrem recte etiam curiosi esse prohibemur, quod magnum temperantiæ munus est, hinc illud est caute, ne quis vos seducat per philosophiam, & quia ipsum nomen philosophiæ, si consideret rem magnam, totoque animo appetendam significat. Siquidem philosophia est amor, studiumque sapientiæ. Cautissime apostolus, ne ab amore sapientiæ deterrere videret, subiecit, & elementa huius mundi. Sunt enim quæ desertis virtutibus, & nescientes quid sit Deus, & quanta maiestas semper eodem modo manentis naturæ, magnam aliquid se agere putant, si vniuersam istam corporis molem, quam mundum nuncupamus, curiosissime, intenterisimeque peragrât. Unde etiam tanta superbia gignit, ut in

Col. 21.

Colof. 2.

ipſo cœlo, de quo ſæpe diſputât, ſibi met habitare videant. Reprimat igit ſe anima, ab huiuſmodi vanæ cognitionis cupiditate, ſi ſe caſtâ Deo ſeruari diſpoſuit. Itē in libro tertio cōtra Academicos dicit, itaq; nunc philoſophos nō ferre videmus niſi, aut Cynicos aut Peripateticos, aut Platonicos. Et Cynicos quidē, quia eos vitæ quædâ dilectat libertas, atq; licentia. Quod autem ad eruditionem, doctrinamq; attinet, & mores, quibus conſulitur animæ, quia nō defuerunt acutiſſimi, & ſolertiſſimi viri, qui docerent diſputationibus ſuis, Ariſto. ac Platon. Ita ſibi concinere, vt imperitis, minusq; attentis diſſentire videantur, multis quidem ſeculis, multisq; contentionibus, ſed tamen eliquata eſt (vt opinor) vna veriſſimæ philoſophiæ diſciplina. Non enim eſt iſta huius mūdi philoſophia, quâ ſacra noſtra meritiſſime deteſtantur, ſed alterius intelligibilis. Et in libro de ordine, ad matrem Monicâ loquēs dicit. Nam & ſœminę ſunt apud Veteres philoſophatæ, & philoſophia tua mihi plurimū placet. Nam nequid mater ignores, hoc græcū verbum, qđ philoſophia nominat, latine amor ſapiētiae dicit. Vnde etiam diuinę ſcripturę, quas vehemēter amplecteris, non oīo philoſophos, ſed philoſophos huius mundi, euitādos atq; irridendos eſſe ꝑcipiunt. Nam qſquis oēm philoſophiā fugiendā putat, nihil nos vult aliud, quàm non amare ſapiētiā. Rurſus in libro primo contra Academicos dicit, ego ſcientiā non appello, in qua ille, qui eam ꝑfitetur, aliquādo fallitur. ſcientia enim non ſolū comprehenſis, ſed ita cōprehenſis rebus cōſtat, vt neq; in ea qſquā errare, nec quibuſlibet aduerſantibus impuſus nutare debeat. Philoſophos ne igitur ſcientes vocemus, cū ſæpe falſa dixerint? Et in libro ſecundo de doctrina chriſtiana dicit.

cap. 19.

Nota.

Cap. v lt.

Nota.

Cap. 7.

Nota.

Cap. vlti. Quanto autē minor est auti, argenti, vestisq; copia,
 quam de Ægypto secum ille populus abstulit, in cō
 paratione diuitiarū, quas postea Hierosolymæ cōse
 cutus est, quæ maxime in Solomone rege ostendun
 tur, tāta sit cuncta scientia, q̄ quidē est vtilis collecta
 de libris gentiū, si diuinarū scripturæ sciētīę cōpa
 ref. Nam qcquid homo extra didicerit, si noxiū est,
 ibi dānatur, si vtile est, ibi inuenitur: & cum ibi q̄sq;
 inuenerit oia, quę vtiliter alibi didicit, multo abun
 dantius ibi inueniet ea, quę nusquam omnino alibi,
 sed in illarum tantūmodo scripturarum mirabili al
 titudine, & mirabili humilitate discuntur. Et in libro
 secundo quæstionum Euangeliorum exponens il
 lud Lucę de filio prodigo. Cupiebat implere ven
 trem suum de siliquis, quas porci manducabant, &
 nemo illi dabat, inquit, porci immundi spiritus, siles
 quę, quibus porcos pascebat, seculares doctrinę ste
 rili vanitate resonantes, de quibus laudes Idolorū,
 fabularumq; ad Deos gentium pertinentium, vano
 sermone, atq; carminibus percrepant, quibus dēmo
 nia delectantur: vnde cum iste saturari cupiebat, ali
 quid solidum, & rectum, quod ad beatā vitam perti
 neret, inuenire volebat in talibus, & nō poterat. Hoc
 est enim quod ait, & nemo illi dabat. Pręterea expo
 nens illud ps. Ex ore infantium, & lactentiū perfeci
 sti laudem propter inimicos tuos, vt destruas inimi
 cum, & vltorem, dicit. Inimicos huic dispensationi,
 quę facta est per Iesum Christū, & hunc crucifixum,
 generaliter accipere debemus oēs, qui vetant cre
 dere incognita, & certā scientiam pollicentur, sicut
 faciunt hęretici vniuersi, & illi, qui in superstitione
 gentiliū philosophi nominātur. Nōn q̄ scientię pol
 licitatio reprehendenda sit, sed q̄ gradum saluber
 rimū, & necessarium fidei negligendum putant, per

Cap. 33.

Cap. 15.

Nota.

quem in aliquid certum, qd̄ esse nisi eternū potest, oportet ascendi. Hinc eos apparet, nec ipsam scientiam habere, quam contempta fide pollicentur, quia tam vtilē, ac necessarium gradum eius ignorant. Ex ore ergo infantiū, & lactentium perfecisti dominus noster laudem, mandans primo, per philosophiam Nisi credideritis, non intelligetis. Et ipse p̄sēns dicit, beati qui nō viderunt, & credituri sunt (propter inimicos) contra quos etiā illud dicitur. Confiteor tibi Domne cœli, & terrę, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. A sapientibus enim dixit, non qui sapientes sunt, sed qui esse se putant, (vt destruas inimicum, (& vt legit ipse Augustinus, defensorem,) quem nisi hæreticum ? Nam & ipse est inimicus, & defensor, qui fidē christianam cum opugnet, videtur defendere. Quāquam etiam philosophi huius mundi, bene intelligantur inimici, & defensores, quando quidem filius Dei virtus, & sapientia Dei est, qua illustratur omnis quisquis veritate sapiens efficitur, huius illi se amatores esse profitentur. Vnde etiā philosophi nominantur, & propterea illam videntur defendere, cum inimici sint eius, quoniam superstitiones noxias, vt colantur, & venerentur huius mundi elementa, suadere non cessant. Præterea exponens versus illos, ascendunt montes, & descendunt campi, in locum quē fundasti eis. Terminum posuisti, quem non transgredientur, neq; conuertentur operire terram. Qui emitis fontes in conuallibus inter medium montiū pertransibunt aquę, potabunt omnes bestię agri, expectabunt onagri in siti sua. Super illos volucres cœli habitabunt, de medio petrarum dabunt voces, dicit, montes, prophetas, apostolosq; & prædicatores omnes veritatis interpretatur. Volatilia vero cœli

Nota

Esa. 7.
Ioan. 20.
Math. 11.

ps. 103.

C A P. X V I

spirituales quasdam aias intelligit, quæ nō nisi in his montibus habitare solent : & de his post multa etiā dicit. Habeāt authoritatem sanctoꝝ, requiescant in mōtibus apostolicis, in pphetis, illic inhabitēt tales aues, quia in montibus petras inueniunt firmamēta quædā præceptoꝝ. Sicut enim vna illa petra Christus verbū Dei, sic multa verba Dei multæ petre. Et istæ petre in mōtibus. Vide aues ibi habitātes (super illos volatilia cœli inhabitabunt) sed noli putare, quia ista volatilia cœli authoritatē suam sequant̄. Vide qđ dicat ps. (De medio petraꝝ dabunt vocē suā) modo si dicā vobis, credite, hoc enim dixit Cicero, hoc dixit Plato, hoc dixit Pythagoras, quis vestrum nō irridebit me? Ero. n. auis, q̄ non de petra emitto vocē meā. Quid mihi vnusq; v̄m debet dicere? hoc debet dicere ille, q̄ sic instructus est, siqs vobis euangelizauerit p̄terquam qđ audistis, anathema sit. Quid mihi dicis de Platōe? & de Cicero, & de Virgilio, habes ante te petras montiū, de medio petrarū mihi da vocē tuam (De medio petrarum dabunt vocē suam) audiant, quia petre audiunt, audiantur, quia & in illis multis petris petra audit (petra enim erat Christus) Audiant ergo libenter de medio petraꝝ dantes vocē suā, Nihil suauius rali voce alitū. Vide hunc sanctissimū patrē alites. i. spirituales p̄dicatores non solū instruere, vt à scientiis humanis abstinentes, dent voces suas in p̄dicatione veritatis de medio petrarū. i. proferāt testimonia de scripturis sanctis, sed & eos (inquit) p̄dicatores merito ab audientibus irridendos esse, qui testimonia veritatis, quam p̄dicant, citant ex Platone, Pythagora, Cicerone, atq; Virgilio, & ceteris huius mundi sapiētibus. Præterea enarrans illud ps. Absorti sunt iuxta petram iudices eorum, inquit, quid est

Nota.

Primę
COR. 10.

Prima
COR. 10.

ps. 140.

absorti sunt iuxta petrā? (petra autē erat Christus.)
 Absorti sunt iuxta petram. Iuxta id est comparati, iu-
 dices, magni, potentes, docti. Ipsi dicuntur iudices
 eorum, tanquam iudicantes de moribus & sententiā
 profērentes. Dixit hoc Arist. adiunge illum petrā, &
 absortus est. Quis Arist. audiant. Dixit Christus &
 apud inferos cōtremiscit. Dixit hoc Pythagoras, di-
 xit hoc Plato? adiunge illos petrā, compara autho-
 ritatem illorum authoritati euangelicę, cōpara in-
 flatos crucifixo: dicamus eis: vos literas vestras con-
 scripsistis in cordibus superbōꝝ, ille crucē suam si-
 xit in cordibus regum. Postremū mortuus est, & re-
 surrexit, mortui estis, & nolo quęrere, quēadmodū
 resurgatis: ergo absorti sunt iuxta petram istam iudi-
 ces eorum, tam diu videntur aliquid dicere, donec
 comparentur petrā. Propterea si inuentus fuerit ali-
 quis eorum hoc dixisse, qđ dixit & Christus, gratu-
 lamur illi non sequimur illum. Sed prior fuit ille, qđ
 Christus? falso. Siquis vera loquit, prior est, qđ ipsa
 veritas? O homo attende Christū, non quando ad
 te venerit, sed quando te fecerit. Omisissis igit (vt in
 libro de vera religione idē Aug. dicit) & repudiatis
 nugis theatricis, & poeticis, diuinarū scripturarum
 consideratione, & tractatione pascamus animum,
 atq; potemus, vanę curiositatis fame, ac siti fessum,
 & æstuantē, & inanibus phantasmatibus, tanquam
 pictis epulis, frustra refici, satiatq; cupientem, hoc
 vere liberali, & ingenuo ludo salubriter erudiamur,
 & vt idem in epistola ad Macedoniū scripta,
 de vera felicitate agens dicit, si vere beati esse vo-
 lumus (qđ nolle nō possumus) id qđ in eis dē (sci-
 licet sanctis) literis didicim⁹, fido corde teneamus,
 beatus vir, cuius est nomen Dñi spes eius, & non re-
 spexit in vanitates, & insanias mēdaces. Quanta est

Nota.

Cap. 51.

Eplā. 52.

ps. 39.

ps. 39.

autem vanitas, quāta infania, quantumq; mendaciū
hominem mortalem erūnosam vitam mutabili, &
spiritu, & carne ducentem, tot peccatis oneratū tot
tentationibus subditū, tot corruptionibus obnoxiiū;
pœnisq; iustissimis destinatū, in seipso fidere, vt bea-
tus sit, qñ ne illud quidē, quod habet in naturæ suę
dignitate præcipuum. i. mentem, atq; rationem pōt
vendicare ab erroribus, nisi Deus adsit lux mentiū:

Nota.

Abiiciamus itaq; obsecro te falsorum philosophorū
vanitates, & infanias mendaces, quia nec virtus nos-
tris erit, nisi adsit ipse, quo inuenimur, nec beatitudo,
nisi adsit ipse, quo fruamur. Et totum mutabile, atq;
corruptibile nostrum, quod per se ipsum imbecille,
Et quædam materies miseriarum, dono immortalitatis,
atq; incorruptionis absorbeat. Et in libro de

Cap. 11.

Ezec. 34.

pastoribus exponens illud Ezech. Et educam eas
(.i. oves) de gentibus, & colligam eas de regionibus,
& inducam eas in terram earum, Et pascam eas
super montes Israel inquit, Constituit mōtes Israel
authōres scripturarum diuinarum, ibi pascite, vt ser-
cure pascatis, quicquid inde audieritis, hoc vobis
bene sapiat, quicquid extra est, respuite, ne erretis in
nebulam. Audite vocem pastoris, colligite vos ad
montes scripturæ sanctæ, ibi sunt delitię cordis ve-
stri, ibi nihil venenosum, nihil alienum, vberrima
pascua sunt, vos tantum sanè venite, sanè pascimini.

Nota.

Et in sermone de sacre scripturę ingentibus præ-
coniis, ita adhortatur fideles dicēs, Eia igitur fratres
mei, qui pastores rationalium ouium nuncupami-
ni, festinate rapere non sophismata paganorum, nō
carmina poetarum, nō fallacias philosophorum, de
quibus doctores, & auditores reddituri sunt ratio-
nem, Sed illam dulcissimā sapientiam sapientiarū,
quę hęreditas Dei, & filiorum eius, chara possessio

Nota.

nuncupatur:

nuncupatur. Hæc est doctrina super omnia diligenti-
 da, quam prophetę prædixerunt, quam patriarchæ
 diuinitus hauserunt, quã Dei filius, postquã in terris
 visus, & cum hominibus conuersatus est, aperuit, &
 declarauit: Et quid tenendum, & quid vitandum est
 apertissime demonstrauit: Et per suos apostolos nos
 ipsos docendo illuminauit. Hæc est, quæ nos docet
 amare cœlestia, & terrena despiciere: Hæc est mater
 fidei, quæ cotidie docet nos, quomodo credamus
 Deum esse omnipotentem, quomodo ipsum videbimus in
 sede maiestatis venientem, quomodo bonis bona, & ma-
 lis mala tribuentem videbimus. Et parum infra, hæc
 est illa sacra sapientia, quæ ex ore altissimi prodit,
 philosophis, sophisticis, astrologis, curiosis, ac diale-
 cticis abscondita, sed grossis, & rudibus piscatori-
 bus reuelata: Nunquid non & hodie etiam solum
 paruulis reuelatur? hæc omnium sapientiarum, & do-
 ctinarum magistra, & domina. Et post multa subiun-
 git, Itaque fratres nolite iam pigrescere, sed legite scri-
 pturam, discite eam filioli, sæpe eam legite, quia le-
 nior oleo, sublimior auro, argento purior. Hæc est,
 quæ præcipue in Deum prouocat, & Deum dilige-
 re inuitat, corda illuminat, linguam purificat, Con-
 scientiam probat, animam sanctificat, fidem confortat,
 Diabolum reiicit, peccatum spernit, animas frigi-
 das calefacit, lumen scientiæ ostendit, tenebras igno-
 rantia expellit, tristitiam seculi extinguit, lætitiã
 spiritus sancti accendit, sitiienti potum tribuit. Hæc
 est scriptura sancta, lex nostra immaculata, quæ de
 insipientibus sapientes facit, primos de nouissimis
 ponit, magnos de minimis efficit, nobiles de igno-
 bilibus commutat, naturam frenat, prohibet leuita-
 tem, temperat dolorem, confert spem, coronat se-
 nem, docet iuuenem, mitigat dedignantem, instruit

errantes, sanat egros, toborat infirmos, brutos facit
sensatos, mentis stabilitatem donat, excitat somno-
lentos, ociosos increpat, pigros incitat, credentibus
gratiam dat, reges humiliat, humiles exaltat, rectas
vias indicat, Eleemosynam imperat. Hæc est scien-
tia scientiarum, quæ sapientiam dat, gloriam exal-
tat, honorem multiplicat, humilitatem, charitatem,
lenitatem, obedientiam, & mansuetudinem docet,
Et intellectus bonus est omnibus beneficientibus,
& diligentibus Deum. Hæc est, quæ abstinenciam
castitatem, largitatem, & voluntariam paupertatem
conseruat. Postremo doctrinam omnibus felicitatē,
suauitatem, gaudia, stabilitatem cordis, sobrietatem
corporis, compūctionem mentis, veram humilita-
tem donat, charitatem fraternam implet, & timorē
Domini accendit. Quamobrem fratres mei, q̄ hanc
sapientiam diligenter diligit, & diligenter legē im-
plet, maximus vocabitur in regno coelorum, & prin-
cipatum Ecclesiæ, & præmia, & munera copiosa re-
cipiet in die nouissimo.

¶ Capitulum decimumseptimum, in quo
authoritates Hieronymi, & Gre-
gorii ponuntur.

Cap. 4
Hierony-
mus.

Diuisus vero Hieronymus presbyter in episto-
lam, Pau. ad Eph. scribēs, atq; exponēs illud,
hoc igitur dico, & testificor in Domino, vt iam non
ambuletis, sicut & gentes ambulant in vanitate sen-
sus sui, habentes tenebris obscuratum intellectū, di-
cūt, vanitas sensus, mentis obscuritas, bifariam diuis-
ditur in seculi huius negocia, & in sapientiam secu-
larem, quando, aut in his quæ mundi huius sunt, &
cito transeunt, detinemur, aut nō profutura cogno-
scimus, non ne vobis videtur in vanitate sensus, &

Obscuritate mentis ingredi? Qui diebus, ac noctibus
 in dialectica arte torquetur? qui physicus scrutator **Nota.**
 oculos trans coelum leuat, & ultra profundum ter-
 rarum abyssi quoddam inane demergit? qui iam
 bene struit? qui tantam metrorum syluam in suo
 studiosus corde distinguit, & congerit? Item in epi- **Cap. vlti.**
 stola ad Titum enarrans ea verba, stultas autem quæ-
 stiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas
 legis deuita, Sunt enim inutiles, & vanæ: dicit,
Quia multiplices, & diuersæ sunt quæstiones, pro-
pterea Solomon de iis, qui crederent Deo, locu-
tus est dicens. Recte autem quærentes cum inue-
nerunt pacem, qui igitur Deum non recte quærunt,
pacem inuenire non possunt. Plurima exempla sunt
quærentium non recte Deum. Iudæi prauè quæ-
runt Deum, sperantes se eum inuenire posse sine
Christo. Hæretici vano sermonum strepitu concre-
pantes quærunt, quem inuenire non possunt. Phi- **Nota.**
losophi quoq; & Barbari de Deo vana sentientes,
quæsierunt Deum, sed quia non recte quæsierunt,
fuerunt eorum fatuæ quæstiones, putantium Deum
humanis sensibus posse comprehendere. Ab his igitur
Paulus nos reuocat quæstionibus. Cæterum ad
sapientes, & quæ scripturarum autoritate sunt ful-
tæ, magis ehortatur, & prouocat, præceptorum nõ
nescius Saluatoris, in quibus ait, Quærite, & inuenie- **Mat. c. 7.**
tis, pulsate, & aperietur vobis, petite, & dabitur vo-
bis, omnis enim qui quærit, inueniet, Et qui petit, ac-
cipiet, & qui pulsat, aperietur ei: Modo non sit cor-
pus nostrum subditum peccatis, & ingredietur in nos
sapiëntia, Exerceat sensus, mens cotidie diuina lectio-
ne pascat. Et quæstiones nostræ stultæ nõ erunt quæ-
stiones. Et super Ionam prophetam exponens illud, **Ion. c. 3.**
Et peruenit verbum ad regem Ninive, Et surrexit

C A P. XVII

de folio suo, & abiicit vestimentum suum à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere, & cætera, quæ sequuntur, inquit, quid valeat apud homines seculi eloquētia, & sapiētia secularis, testes sunt Demosthenes, Tullius, Plato, Xenophon, Theophrastus, Arist. & cæteri oratores, ac philosophi, qui velut reges habentur hominum, & præcepta eorum, non vt præcepta mortalium, sed quasi oracula accipiuntur deorū. Vnde & Plato dicit felices fore respublicas, si aut philosophi regnent, aut reges philosophentur, q̄ autem difficiles istiusmodi homines credant in Deū (vt cotidiana exempla prætereā, & sileā de veteribus historiis ethnicorū) sufficit nobis apostoli testimoniū, qui ad Corin. scribēs ait, videte fratres vocationē vestrā, quia non sunt multi sapiētes secundū carnem, non multi nobiles, sed stulta mundi elegit Deus, vt confundat sapiētes, & infirma elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi, & ea, quæ erant contemptibilia, elegit Deus, & cætera. Vnde rursus dicit, perdam sapientiam sapientiū, & intelligentiā prudentium reprobabo & videre, ne quis vos spoliet per philosophiam, & inanem seductionē. Ex quo perspicuū est prædicationē Christi reges mundi audire nouissimos: & deposito fulgore eloquētiæ, & ornamentis, ac decore verborū, totos se simplicitati, & rusticitati tradere, & in plebeiū cultum redactos sedere in sordibus, & destruere, q̄ ante prædicarant. Proponamus nobis Cyprianū beatum, q̄ prius Idololatriæ assertor fuit, & in tantā gloriam venit eloquētiæ, vt oratoriā quoq; doceret Carthagine. Audisset tandē sermonem Ionæ, & ad poenitentiam conuersus in tantā venisset virtutem, vt Christum publice prædicaret, & pro illo cervicem gladio flecteret. profectō intelligimus regē Niniue de

Primæ
Cor. ptl.

Collof. 2.

scendisse de folio suo, & purpuram sacco, vngueta-
luto, munditias sordibus comurasse, non sordibus
sensuū, sed verborū. Vnde & de Babylone in Hiere-
mia dicitur. Calix aureus Babylon inebrians omnē
terram. Quem non inebriauit eloquentia secularis?
Cuius non animos compositione verborum, & dis-
sertudinis suæ fulgore perstrinxit? difficile homines
potentes, & nobiles, & diuites, & multo iis diffici-
lius eloquentes credunt Deo. Obcecaſ enim mens
eorum, diuitiis, & opibus, atq; luxuria, & circumdati
vitiis, non possunt videre virtutes, simplicitatemq;
scripturæ sanctæ, non ex maiestate sensuum, sed ex
verborum iudicant vilitate, & cætera. Et super Naū
scribens, & enarrans illud. Increpans mare, & exsic-
cans illud, & omnia flumina ad desertū deducens,
inquit, cum venerit mundi consumatio, & pertran-
sierit coelum, & terra, mare quoq; & fluuios accipite
siccari. Sed mihi legenti illud in ps. Hoc mare ma-
gnum, & spaciosum, ibi reptilia, quorum non est nu-
merus, animalia parua cū magnis, ibi naues peram-
bulant, draco iste, quem formasti ad illudendum ei,
dignum videretur bonitate clementiæ Dei omnem
amaritudinem, & falsuginem maris sua commora-
tione destruere. Et regnantē in aquis humiliare dra-
conem, & malitiæ exsiccare gurgites, in quibus par-
ua natant reptilia, quorum non est numerus, neque
enim digna sunt numero, quæ cum dracone versan-
tur. Flumina quoq; ad desertum deducens, omnem
falsi nominis scientiam, quæ se contra Deum erigēs
flumine eloquentiæ vtitur, & volubilitate verbo-
rum, & tumentes contorquens gurgites, curua mira-
culo spectantium fertur in pronum. Vide Platonē,
specta Demosthenem, Tullium quoq; philosophū
pariter, & oratorem, & hæreticorum principes intue

Cap. 11.

Nota.

Cap. pri.

ps. 103.

Nota.

re, de quibus fuit Valentinus, Martion, Bardessanes, Tatianus, & de fluminibus non ambiges, q̄ hęc omnia consumet Dominus Iesus spiritu oris sui, & destruet illuminatione aduentus sui, & ad deserta perducet. Et in libro Epistolarum partis secundę tractatu primo dicit Dęmonum cibus est Carmina poetarum, secularis sapientia, rhetoricorum pompa verborum, hac sua omnes suauitate delectant, & dũ aures versib⁹ dulci modulatione currētibus cupiūt, animã quoq; penetrāt, & pectori intima deuinciūt. Verum vbi cū summo studio fuerint, ac labore perlecta, nihil aliud, nisi inanē sonū, & sermonū strepitū suis lectoribus tribuunt, nulla ibi saturitas veritatis, nulla refectio iustitię reperit. Studiosi earū in fame veri, & virtutū penuria pseuerāt. Et parū infra dicit, Vnde & Apostolus phibet, ne in Idolis quis recumbat dicens. Videte aut, ne hęc lętitia vestra offendiculum fiat infirmis: Si enim quis viderit eum, qui habet scientiã in Idolio recubentię, non ne consciętia eius, cū sit infirma, edificabit ad māducādū idolithita, Et peribit, q̄ infirmus est in tua sciētia frater, ppter quem Christus mortuus est. Nō ne tibi videē sub aliis verbis dicere, ne legas philosophos oratores, poetas, nec in eorū lectiōne requiescas, nec nobis blandiamur, si in eis quę sunt scripta, nō credimus, cū aliorū cōscientia vulnereē, & putemur probare, quę dũ legimus nō reprobamus? Alioquin quale erit, vt existimemus Aplūm eius, qui vescebat in Idolio cōscientiã reprobasse, & eū dixisse perfectū, quem sciret de idolithitis māducare? Absit vt de ore christiano sonet Iuppiter omnipotēs, & me Hercule, & me castor, & cętera magis portenta, q̄ numina. At nūc etiã sacerdotes Dei omisissis euāgelis, & pphetis videmus comœdias legere, amatoriam buco

Eplā. 15.
Nota.

Primę
Cor. 8.

Nota.

licorum versuum verba canere, tenere Vergilium,
 & id, quod in pueris necessitatis est, crimen in se fa-
 cere voluptatis. Cauendū igitur, ne captiuam veli-
 mus habere vxorem, ne in Idolio recumbamus, aut
 si certe fuerimus eius amore decepti, mundemus
 eam, & purgemus omnem sordiū errorem, ne scan-
 dalum patiat frater, pro quo Christus mortuus est,
 cum in ore christiani carmina in Idolorum laudem
 cōposita audierit personare. Insuper in cōmentariis
 super Mattheū exponens illud simile est regnū cœ-
 lorū grano sinapis, quod accipiens hō seminauit in
 agro suo, qđ minimū quidē est ex oibus seminibus:
 Cum aut creuerit maius est oibus oleribus, & fit ar-
 bor, ita vt volucres cœli veniant, & habitēt in ramis
 eius, Inquit, Regnū cœlorū prædicatio euāgelii est,
 & notitia scripturarū, quæ ducit ad vitā, & de qua
 dicit ad Iudęos: Aufereſ à vobis regnū Dei, & da-
 bit̄ genti faciētī fructus eius. Simile est ergo huiusce-
 modi regnū grano sinapis, qđ accipiens hō semina-
 uit in agro suo. Homo q̄ seminat in agro suo, à ple-
 risq; Saluator intelligitur, q̄ in animis credentium
 seminet: Et ab aliis ipse homo seminās in agro suo,
 hoc est in semetipso, & in corde suo. Quis est iste,
 qui seminat, nisi sensus noster, & animus, qui susci-
 piens granum prædicationis, & fouens sementem
 humore fidei, facit in agro sui pectoris pullulare.
 Prædicatio Euangelii minima est omnibus discipli-
 nis. Ad primam quippe doctrinam fidem nō habet
 veritatis, hominem Deū, mortuū, & scandalū crucis
 prædicās: Confer huiuscemodi doctrinā dogmati-
 bus philosophorū, & libris eorū, & splendori eloquē-
 tię, & cōpositioni sermonū, & videbis quāto minor
 sit ceteris seminibus. Sed illa cū creuerit nihil mor-
 dax, nihil viuidū, nihil vitale demonstrant, totum

Cap. 13.

Matt. 22.

C A P. XVII

flacidum, marcidumq; ebullit in olera, & in herbas, quæ cito arefcunt, & corruunt. Hæc autem prædicationis, quæ parua videbatur, in principio cum vel in anima credentis, vel in toto mundo facta fuerit, non exurgit in olera, sed crescit in arborem, ita vt volucres cœli (quas vel animas credentium, vel fortitudines Dei seruitio mancipatas sentire debemus) veniant, & habitent in ramis eius. Ramos puto euangelicæ arboris, quæ de grano sinapis creuerit, dogmatum esse diuersitates, in quibus supradictarum volucrum vnaquæque requiescit. Assumamus & nos pennas columbæ, vt volitantes ad altiora possimus habitare in ramis huius Arboris, & nidulos nobis facere doctrinarum, terrenaq; fugientes ad cœlestia festinare. Præterea in Epistola ad Paulinum presbyterum, quæ à nonnullis prologus galeatus dicitur, Hoc (inquit) doctus Plato nesciuit: Hoc Demosthenes eloquens ignorauit: perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Vera sapientia perdet falsam sapientiã, & quãquã stultitia prædicationis in cruce sit, tamen Paulus sapientiã loquitur inter perfectos, sapientiã autem nõ seculi huius, nec principũ seculi istius, quæ destruitur, sed loquitur Dei sapientiam in mysterio absconditam, quã prædestinauit Deus ante secula. Dei sapientiã Christus est, Christus enim Dei virtus, & Dei sapientia. Amplius in epistola ad Eustochiũ de uirginitate seruanda inquit, Quæ pars fidelis cū infidelis? Quæ enim cõmunicatio luci ad tenebras? Qui cõsensu Christo cū Belial? Quid facit cum psalterio Horatius? cum Euangelis Maro? cum Apostolo Cicero? Non ne scandalizatur frater, si te viderit in Idolio recumbentem. Et licet omnia munda mundis, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum

Primæ
Cor. pri.

Nota.

actione percipitur, Tamen simul bibere non debemus calicem Christi, & calicem Dæmoniorum. Referam tibi meę infelicitatis historiam, Cum autē annos plurimos, domo, parentibus, sorore, cognatis, quodq; his difficilius est, consuetudinis lautioris cibi, propter cœlorum me regna castrassem, Et Hierosolymā militatus pergerem, bibliotheca, quā mihi Romę summo studio, ac labore confeceram, carere omnino non poteram. Itaq; miser ego lecturus Tulliū ieiunabā, post noctium, crebras vigilias, post lachrymas, quę mihi præteritorū recordatione peccatorę ex intimis visceribus fluebāt, Plato sumebatur in manibus. Siquando in memetipsum reuersus prophetas legere cœpissē, sermo horrebat incultus. Et quia lumen cęcis oculis non videbam, non oculorum putabam culpam esse, sed solis. Dum ita me antiquus serpens illuderet, in media fermē quadragesima, medullis infusa febris corpus inuasit exhaustum, & sine vlla requie (quod dictu quoq; incredibile sit) sic infelicia membra depasta sunt, vt ossibus vix hęrerem. Interim parātur exequię, & vitalis animę calor toto frigescente id corpore, in solo tantum tepente pectusculo palpitabat. Cum subito raptus in spiritu ad tribunal Iudicis pertrahor, Vbi tantū luminis erat, & tantum ex circūstantium claritate fulgoris, vt proiectus in terrā sursum aspice re non auderē. Interrogatus de conditione, christianum me esse respondi: Et ille, q; præsidebat, mentiris ait, Ciceronianus es, non christianus, Vbi enim thesaurus tuus, ibi & cor tuū. Illico obmutui, & inter verba (nā cędi me iusserat) consciētię magis torquebar, illum mecum versiculum reputās. In inferno autem quis confitebitur tibi? Clamare tamen cœpi, & eui-

Nota.

ps.

ps.

C A P. XVII

vos inter flagella refanabat: Tandem ad præfiden-
tes genua prouoluti, qui astant, precabantur, vt
veniam tribueret adolescentiæ, & errori pœnitentię
locum commodaret: exacturus deinde cruciatum,
si gentiliū libros aliquando legerem. Ego, qui
tanto constrictus articulo, vellem etiam maiora pro-
mittere, Deum iurare cœpi, & nomen eius obte-
stans dicens, Domine si vnquam habuero codices
seculares, si legero, te negaui. In hæc sacramenti
verba dimissus, reuertor à superis, & nutantibus
cunctis oculos aperio, tantum lachrymarum imbre
perfusos, vt etiam incredulis fidem facerem ex do-
lore. Nec vero inanis sopor ille fuerat, aut vana so-
mnia, quibus sæpe deludimur. Testis est tribunal il-
lud, ante quod timui. Testis iudiciū triste, quod timui, ita
mihi nunquā contingat talē incidere quæstionē li-
uentes habuisse me scapulas, plagas sensisse post so-
mniū, & tanto dehinc studio diuina legisse, quāto
mortalia ante non legerā. Propterea in prologo li-
bri secundi in epistola ad Galatas inquit, quod in pri-
mo cōmentariorum ad Galatas libro, cum de gen-
tium pprietatibus disputarem, intactum reliqueram,
nunc in secūdo reddendū videt. quod sunt Galatę, vel
quo vnde trāserint, Vtrū indigenas eos fuderit, an
aduenas, quā nunc incolunt, terra susceperit, & vtrū
linguam cōnubio perdiderint, an & nouam didice-
runt, & non amiserint suam. Marcus Varro cōtārū
antiquitatum diligentissimus perscrutator, & ceteri,
qui eum imitati sunt, multa super hac gente, & di-
gna memoria tradiderunt. Sed quia nobis propo-
situm est, incircuncisos homines non introducere in
templum Dei: & vt simpliciter fatear, multi iam an-
ni sunt, quod hæc legere desuimus: Lactantii nostri,
quæ in tertio ad Probum volumine de hac gente.

Nota.

opinatus sit, verba ponemus. Insuper in prologo libri tertii in eandem epistolam dicit. Siquis eloquentiam quærit, vel declamationibus delectatur, habet in vtraque lingua Demosthenem, & Tullium, Polemonem, & Quintilianum, Ecclesia Christi non de academia, & Lyceo, sed de vili plebecula congregata est, vnde & Apostolus: videte (inquit) vocacionem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt huius mundi elegit Deus, vt confundat sapientes, & infirma elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia huius mundi & contemptibilia elegit Deus, & quæ non sunt, vt ea, quæ sunt, destrueret. Quia enim ex creaturarum, ordine varietate constantia, non cognouerat mundus per sapientiam Deum: placuit per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Non in sapientia verbi, vt non euacuaretur crux Christi. Vbi sapiens? vbi grammaticus? vbi causarum naturalium scrutatores? Nec in persuasibilibus sapientiæ verbis, sed in ostensione virtutis, & spiritus, vt fides credentium non esset in sapientia hominum, sed in virtute Dei. Quamobrem & ipse Apostolus ad eosdem Corinthios loquebatur: & ego veniens ad vos fratres, veni non per sublimitatem sermonum & sapientiæ, annuncians vobis testimonium Domini. Non enim iudicavi scire me aliquid inter vos nisi Christum, & hunc crucifixum: & ne forsitan putaretur hæc dicens esse insipientis prædicator, mente præfaga quod opponi poterat, euerit, sed loquimur (inquit) Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam nemo principum huius seculi cognouit, Quotusquisque nunc Aristotelis legit? quanti Platonis, vel libros nouere, vel nomen

Prima
Cor. pri.

Nota.

Cap. 17.

Nota.

C A P. X V I I

vix in angulis ociosi eos senex recolunt: rusticanos vero, & piscatores nostros totus orbis loquitur, vniuersus mundus sonat. Itaque sermoni simplici, simplicia illorum verba pandenda sunt. Et in epistola ad Ctesiphontem dicit. Multi anni sunt, quod ab adolescentia, vsque ad hanc ætatem diuersa scripsi opuscula, semperque habui studio audientibus loqui, quod publice in Ecclesia didiceram, nec philosophorum argumenta sectari, sed Apostolorum simplicitati acquiescere, sciens illud scriptum. Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo, & fatuum Dei sapientius est hominibus. Diuus quoque Gregorius eius nominis Papa primus super Job scribens, atque enarrans illud. deridetur enim iusti simplicitas, dicit huius mundi sapientia est cor machinationibus tegere, sensum verbis velare, quæ falsa sunt vera ostendere, quæ vera sunt falsa demonstrare. Hæc nimirum prudentia vsu à iuuenibus scitur: hæc à pueris pretio discitur: hanc qui sciunt cæteros despicendo superbiunt: hanc qui nesciunt subiecti, & timidi in aliis mirantur, quia ab eis hæc eadem duplicitas iniquitatis nomine palliata diligitur, dum mentis peruersitas urbanitas vocatur. Hæc sibi obsequentibus præcipit honorum culmina querere, adepta temporalis gloriæ vanitate gaudere, irrogata ab aliis mala multiplicius reddere, cum vires superant, nullis resistentibus cedere, cum virtutis possibilitas deest, quicquid explere per malitiam non valent, hoc in pacifica bonitate simulare. At contra sapientia iustorum est, nil per ostensionem fingere, sensum verbis aperire, vera vt sunt, diligere, falsa deuitare, bona gratis exhibere, mala libentius tolerare, quàm facere, nullam iniuriæ ultionem querere, pro veritate contumeliam lucrum putare. sed hæc iusto

Nota.

Gregor.
Cap. 12.

Nota.

rum simplicitas deridet, quia ab huius mundi sapiēti-
 bus puritatis virtus fatuitas credit. Et alibi ubi Iob
 quærit dicens, sapientia vero ubi inuenitur? Et quis
 est locus intelligentiæ? & respondens dicit, nescit
 homo precium eius, nec inuenitur in terra suauiter
 viuentium, Abyssus dicit non est in me &c. super
 his verbis vltimis dicit idem Gregorius, quid hoc
 loco abyssum nisi corda hominum vocat? quæ &
 per lapsum fluida, & per duplicitatis sunt caliginē
 tenebrosa. Quæ mimirū abyssus non esse in se hanc
 sapientiam profitetur, quia iniqua mens dum esse sa-
 piens carnaliter appetit, stultā se ad spiritualia ostē-
 dit. Nam quæ teste Pau. sapientia huius mundi stultitia
 est apud Deū, tanto quisq; amplius intus stultus sit,
 quanto conatur exterius sapiens videri. Item expo-
 nens illud eiusdem libri. Hostis meus terribilibus
 oculis me intuitus est, dicit. Ille quippe antiquus ho-
 stis ecclesiæ contra hanc dentibus fremit, eamq; ter-
 ribilibus oculis intuetur, quia per alios crudelia exer-
 cet, & per alios, quæ exerceat, prouidet. Dentes nāq;
 huius hostis, sunt bonorum persecutores, atq; carni-
 fices, qui eius membra laniant, dum electos illius
 suis persecutionibus affligunt. Oculi vero huius ho-
 stis sunt hī, qui contra eam prouident mala, quæ fa-
 ciant, suisq; consiliis persecutorum, eius crudelita-
 tes inflammant. Antiquus ergo eius aduersarius, fre-
 mit contra eam dentibus suis, dum per crudeles re-
 probos in eam insequitur vitam bonorum. Intue-
 tur hanc terribilibus oculis, quia prauorum cōsiliis
 non cessat mala exquirere, in quibus hanc semper
 deterius affligat. Nam sicut incarnata veritas in præ-
 dicatione sua pauperes, idiotas, & simplices elegit,
 sic e contrario damnatus ille homo, quem in fine
 mundi apostata angelus assumit, ad prædicandam

Cap. 28.

Prima
Cor. pri.

Cap. 16.

Nota.

C I A P. X V I I

Esai. 18.

falsitatem suam astutos, ac duplices, atq; huius mundi scientiã habentes electurus est. Vnde & per Esaiam dicitur vç terræ Cymbalo alarum, quæ est trans flumina Æthiopiæ, quæ mittit in mare legatos, & in vasis papyri super aquas. Terra quippe, cui vç dicitur, ille principaliter homo dånatus est, qui alarũ Cymbalum vocat, quia hi, qui per superbiam in altitudinẽ cogitationis euolant, eundẽ peruersum hominem prædicando sonant. Quæ si terra recte trans flumina Æthiopiæ esse perhibet. Æthiopia enim nigrum populũ mittit, & oẽm hominẽ mūdus iste, quia peccatorem profert, quasi nigrũ Æthiopia populũ parit. Sed terra, cui vç dicitur, trans flumina Æthiopiæ esse perhibetur, quia dånatus ille homo tanta immensitate iniquus est, vt omniũ peccantium peccata transcendat. Qui mittit in mare legatos, quia prædicatores suos in seculum spargit. De quibus recte subditur quã liter mittantur, dum dicitur. In vasis papyri super aquas. Ex papyro quippe charta est. Quid itaq; per papyrũ, nisi secularis sciẽtia designat? Vasa ergo papyri sunt corda doctõrũ secularium. In vasis igitur papyri super aquas legatos mittere est prædicationẽ suam in sapientium carnaliũ sensibus ponere, & defluentes ad culpam populos vocare. Qui ergo illic per vasa papyri ipsi hic quia carnaliter vident per oculos designantur. De quibus & adhuc subditur, aperuerunt super me ora sua exprobrantes, ora sua reprobi exprobrãtes aperiant, cum & erroris sui mala prædicare non metuunt, & prædicamenta recte fidei irrident. De quibus sciendum est, quia illos precipue in sancta Ecclesia persequuntur, quos multis conspiciunt p̄futuros, qui vitam carnalium verbo correptionis cõterunt, eosq; in Ecclesiæ corpore spiritaliter vertunt. Ecce q̄ qui innittunt seculari philo

Nota.

sophiæ, & huius mûdi scientiæ verbû Dei prædicantes, non Christi, sed antichristi sunt prædicatores, & verbum Dei adulterâtes. Postremo in tertia parte pastoralium idem Gregorius dicit, Aliter admonendi sunt sapientes huius sæculi, atq; aliter hebetes. Sapientes quippe admonendi sunt, vt sciant amittere, quæ sciunt. Hebetes quoq; admonendi sunt, vt appetant scire, quæ nesciunt. In illis hoc primû destruendû est, qd se sapientes arbitrantur. In istis iam ædificandum est quicquid de superna sapietia cognoscitur, quia dum minime superbiunt, quasi ad suscipiendû ædificiû corda parauerunt. Cum illis laborandû est, vt sapientius stulti fiant, stultam autẽ sapientiam deserant, & sapientem Dei stultitiam discant. Istis vero prædicandû est, vt ab ea, quæ putatur stultitia, ad veram sapientiam vicinius transeant. Illis namq; dicitur, si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat, vt sit sapiens. Istis vero dicitur. Non multi sapientes secundum carnem, & rursus quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes.

Nota.

Primæ
Cor. 3.
Primæ
Cor. pri.

Capitulum XVIII in quo Philastrii: Bernardi: Anselmi diuicq; Francisci & Ruperti, necnon Hugonis, & Bedæ

Testimonia ponuntur.

Post hos tam doctos, tamq; præclaros doctores, accedit Philastrius Brixienfis Episcopus. Hic de Passalorinchitis hæreticis inquit, & quia Ieiuniis beati prophetæ vacantes silentium sæpius commodabant, inde vsurpantes, isti æstimant obseruandum, Pythagoricam vanitatem potius, quàm prophetarum coelestem vitam, & sapientiam sequi

Philastrius

properantes. Item loquens de hēressi, quę dicit hō-
 minis animam non factam à Deo ita appellari ani-
 mam & c. dicit Illud itaq; philosophorum inani sen-
 tentia asserunt, q̄ diuina scriptura non ita prædicat.
 Et alibi. Est & alia hēressis, quę de sensu animę ambi-
 gens, ex elementis eam consistere opinatur, vt multi
 philosophi vanissimi, nunc de igne, nunc de aqua,
 nunc de spiritu, nunc de materia, nunc de fonte, nūc
 de atomis, nunc quasi aeream esse animā hominis
 suspicantur, cum anima facta sit à Dño, ex nihilo. s.
 vt scriptum est: Qui fecit ex nihilo omnia, vt essent,
 quę non erant. Insuper loquens de hēreticis, qui de
 beato Dauid audent dicere, q̄ non Christi prophe-
 ta fuerit, neq; doct̄or, et commentator diuinarum
 omnium scripturarū: Sed humanę cantationis, atq;
 secularis rei conscriptor extiterit, tandem dicit Ex
 suis itaq; vanitatibus, id est ex Gręcorum Historio-
 graphis potest quis cognoscere, q̄ sit temporalis va-
 na sapientia Gręcorum, quę cum paulatim cogno-
 scitur à suis, sine dubio spernitur, calcatur, atq; coti-
 die cōdemnatur. Amplius dicit est hēressis, quę stel-
 las infixas putat esse in cœlo, non de thesauris, lo-
 cisq; absconditis, atq; à Deo dispositis in vesperum,
 iussu diuino repente procedere, statutisq; horis suo
 lumine cursum, ministeriumq; indictum agnoscere,
 quod cōtrarium, alienumq; fidei catholicę inuenit,
 si ita quis senserit, magisq; paganę vanitatis, & phi-
 losophorum inanis sententię q̄ christianę scientię
 habere consortium demonstrabitur. Diuus etiam Ber-
 nardus Abbas Clareual. in libro paruorum sermo-
 num pertractans illud Solomonis. Sapientia edificauit
 sibi domum inquit, Cum multis modis sapientia
 intelligatur, quęrendum est, quę sapientia edificauit
 sibi domū. Dicit enim sapientia carnis, quę inimica
 est Deo,

Bernar-
 dus

Serm. 9.
 Prou. 9.

Nota.

est Deo, Et sapientia huius mundi, quæ stultitia est apud Deum, vtraque ista secundum Iacobum Apostolum terrena est, animalis, diabolica. Secundum hanc sapientiam dicuntur sapientes, vt faciant mala, bene autem facere nesciunt, & in sua sapientia arguuntur, & perduntur, sicut scriptum est, Comprehendam sapientes in astutia eorum, et perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Et utique talibus sapientibus videtur mihi digne, & competenter dictum Solomonis aptari, quo ait. Est malitia, quam vidi sub sole, virum, qui videtur apud se sapiens esse, Nulla talis sapientia siue carnis, siue mundi edificat, immo destruit quancunq; domum inhabitat. Est ergo alia sapientia, quæ desursum est, primum quidem pudica, deinde pacifica. Hic est Christus Dei virtus, & Dei sapientia, de quo Apostolus. Qui factus est nobis (inquit) sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Et alibi dicit, Nec erubescio dicere quod non erubuit doctor gentium docere, sic nempe credidit, sic docuit, sic scriptum reliquit: Nos (inquit) prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudæis atque Græcis, Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam, quia quod stultum est Dei sapientius est hominibus, Et quod infirmum est Dei fortius est hominibus. Amplius super cantica dicit. Dicendum & hoc, quia frustra huius seculi sapientes, de quatuor virtutibus tam multa disputauerunt, quas tamen omnino apprehendere nequiverunt, Cum illum nescierint, qui factus est nobis à Deo sapientia, docens prudentiam, & iustitia delicta donans, Et sanctificatio in exemplum temperantiæ continenter viuens, Et redemptio in exemplum patientiæ fortiter moriens. Et infra

Iob. 5.

I. Cor. I.

Serm. 14
Prima
Cor. pri.

Serm. 22

subdit, Quid vobis cum virtutibus, qui Dei virtutē Christum ignoratis? Vbi nam quæso vera prudētia, nisi in Christi doctrina? Vnde vera iustitia, nisi de Christi misericordia? Vbi vera temperantia, nisi in Christi vita? Vbi vera fortitudo, nisi in Christi passione? Soli ergo, q̄ eius doctrina imbuti sunt, prudētes dicendi sunt, soli iusti, q̄ de eius misericordia veniam peccatorū consecuti sunt, soli tēperantes, q̄ eius vitā imitari student, soli fortes, q̄ eius patiētiae documenta fortiter in aduersis tenent. Incassum proinde quis laborat in acquisitione virtutum, si aliunde eas sperandas putat, quā à Dño virtutū, cuius doctrina seminariū prudentiæ, cuius misericordia opus iustitiæ, cuius vita speculum temperantiæ, cuius mors insigne est fortitudinis, ipsi honor, & gloria in secula seculorum. Et alibi dicit. Sol non omnes, quibus lucet, etiam calefacit, Sic sapientia multos, quos docet quid sit faciendum, non continuo etiam accendit ad faciendum: Aliud est enim multas diuitias scire, aliud & possidere, nec notitia diuitem facit, sed possessio. Sic prorsus, sic aliud est nosse Deum, & aliud timere, nec cognitio sapientē, sed timor facit, qui & afficit. Tu'ne sapientē dixeris quē sua scientia inflat? Quis illos sapientes nisi insipientissimus dicat, qui cum cognouissent Deū, non tanquā Deum glorificauerant, aut gratias egerūt? Ego magis cum Apostolo sentio, q̄ insipiens cor eorū manifeste pronunciat. Et bene initiū sapientiæ timor Dñi, quia tūc primū Deus animæ sapit, cū eam afficit ad timendū, non cū instruit ad sciendū. Times Dei iustitiā, times potentiam, & sapit tibi, Iustus, & potens Deus, quia timor sapor est, porro sapor sapientem facit, sicut scientia scientem, sicut diuitiæ diuitem. Et alibi dicit, sunt quidem & alii pastores, qui dicunt se esse sodales

Nota.

Serm. 23

Nota.

Rom. I.

Serm. 33

tuos, & nō sunt, habentes greges suos, & fines suos pabulo mortis refertos, in quibus pascunt, nec tecum, nec propter te, quorum utiq; terminos nec intraui, nec appropinquaui eis: Ipsi sunt, qui dicunt, ecce hic est Christus, ecce illic est, promittentes sapientiae, & scientiae pascua vberiora & creditur eis, & confluunt ad eos multi, & faciunt eos filios gehēnae duplo, q̄ se: Cur hoc? nisi quia est ibi meridies, & perspicua lux, ut liquido veritas cognoscatur, facileq; pro ea recipitur falsitas, propter verisimilitudinem, quae non facile in obscuro à vero discernitur, praesertim quia aquae furtivae dulciores sunt, & panis absconditus suavior? Et propterea quæso indices mihi ubi pascas, ubi cubes in meridie. i. in manifesto, ne seducta incipiam vagari post greges sodalium tuorum, quemadmodum & ipsi vagi sunt, nulla stabiles certitudine veritatis, semper discen-tes, & nunquā ad scientiam veritatis peruenientes. Hæc sponsa propter philosophorum, & hæreticorum varia, & vana dogmata. Et alibi inquit. Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobis metipsis prudentes: De vobis dicitur, perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentium reprobo. Perdiderūt sapientiā, quia sua sapientia perdidit eos. Quid non perdiderunt, q̄ ipsi perditī sunt? An vero non perditī, quos nescit Deus? Porro autē virgines fatuae, quas quidem non aliunde fatuas puto, nisi quia dicentes se esse sapientes, stultae factae sunt. Hæc inquam à Deo audire habent, Nescio vos. Præterea in libro Epistolarum dicit, Hæccine est illa morum pulcherrima compositio, qua informati te scribis scientiae huius apprehensione, cuius studio, & amore sic ferues, ut non verearis sancto proposito præiudicium facere? sed quæso te, quod memo-

Serm. 74

Primæ
Cor. pri.Eplā. 108
Nota.

Nota 1

Osee. 10.

Eplā. 292
Primæ
Cor. 3.

riale virtutis, quæ laus disciplinæ, quis scientiæ profectus, vel artis fructus, trepidare timore, vbi non est timor, & timorem Domini relinquere? Quam salubrius disceres Iesum, & hunc crucifixum. Quam vtiq; scientiam haud facile, nisi qui mundo crucifixus erit, apprehendit. Falleris fili falleris, si te putas inuenire apud mundi magistros, quam soli Christi discipuli, id est mūdi contemptores Dei munere absequuntur, nec enim hanc lectio docet, sed vñctio, non litera, sed spiritus, non eruditio, sed exercitatio in mandatis Domini. Seminate (inquit) vobis ad iustitiam, metite spem vitę. Illuminate vobis lumen scientiæ. Vides quia non recte proditur ad lumen scientię, nisi iustitię germen præcedat ad animam, ex quo formetur granum vitę, & non palea glorię. Quid ergo? nondum tibi ad iustitiã seminasti, nondum spei manipulos messuisti, & veram te præsumis sectari scientiam? Nisi forte pro vera supponitur illa, quę inflat, & stultius erras appendens argentum tuum, non in panibus, & labores tuos non in saturitate. Et alibi dicit, pulchre stultum pseudosapientē verus sapiens appellauit, sciens sapientiã huius mundi stultitiã esse apud Deum. Et in sermonibus in die Pentecosthes dicit. Verūtãem & fuisse nouimus ab initio, & adhuc multos esse videmus, in filiis hominum, qui in bonis inferioribus, sensibilis mundi huius tota sensualitate depressi, totos se dederunt iis, quę facta sunt, quonã modo, vel ad quid facta sint negligentes. Quid istos nisi carnales dicamus? paucissimos esse iam arbitror, legimus tñ nōnullos quandoq; fuisse, quibus summū studium fuit, atq; sollicitudo, modū, & ordinem vestigare factorū adeo vt pleriq; non modo vtilitatē rerum perquirere discimulauerint, sed & ipsas magnanimiter spreuerint,

eibo paruissimo, vilissimoq; contenti. Ipsi quidem sese philosophos vocant, sed à nobis curiosi, & vani rectius appellantur. Vtrisque igitur successerunt viri prudentiores, quæ nimirum, & quæ facta sunt, & quomodo facta sunt transilientes, intederunt acie mentis, ut ad quid facta sunt viderent. Nec latuit eos, quoniam omnia propter semetipsum fecit Deus, omnia propter suos. Aliter tamen propter se, aliter propter suos. In eo quippe, quod dicitur, omnia propter se, præueniens commendatur origo. In eo autem, quod dicitur, omnia propter suos, magis exprimitur fructus sequens. Omnia fecit propter semetipsum gratuita videlicet bonitate, omnia propter electos suos, pro eorum, scilicet utilitate, ut illa quidem efficiens causa sit, hæc finis. Hi sunt spirituales viri sic videntes hoc mundo, tanquam non videntes, sed in simplicitate cordis sui querentes Deum, ne illud quidem magnopere vestigantes, quoniam modo mundialis hæc machina volueretur: primi voluptate: secundi vanitate: tertii veritate impleti. Gaudeo vos esse de hac schola, de schola videlicet spiritus, ubi bonitatem, & scientiam, & disciplinam discatis, & dicatis cum sancto super omnes docentes me intellexi. Diuus quoque Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus super illud Pauli. Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare, non in sapientia verbi, ne euacuetur crux Christi &c. inquit ideo non in sapientia verbi hominum, ne euacuetur crux Christi (id est ne vacua, ne ociosa putetur passio Christi, sed plena hominum redemptione, & salute. Si enim possibilitas naturalis per liberum arbitrium sufficit sibi, quemadmodum seculi sapientes dicunt) & ad cognoscendum, quomodo viuere debeat, & ad bene viuendum, ergo Christus gratis mortuus est, & crux eius ab omni utilitate vacua est: sed impossibile est crucem

Nota.

Nota.

Anselm.
ps. 118:
Primæ
Cor. primæ

C A P. XVIII

eius vacuam, & superfluum esse, quia salus humana non nisi per crucem illam poterat euenire. ergo stulta est sapientia verbi secularis, quæ hoc ignorauit, vere euacuatur crux Christi in sapientia verbi, quia verbum crucis (.i. prædicatio Christi crucifixi) est (.i. videtur esse) stultitia pereuntibus (.i. sapientibus mundi) quorum sapientia perit, ac falsa ostenditur &c. Et parum antea dicit pseudoapostoli ne stulti viderentur prudentibus mundi in sapientia hominum prædicabant Christum deuitantes ea, quæ mundus in nobis stulta iudicat, vt neq; Incarnatum Dei filium, & de Virgine natum docerent, neq; morte eius homines saluari prædicarent, neq; carnis nostræ futuram resurrectionem, quia mundanæ sapientiæ ratio iudicat hæc stulta, hoc enim habet physica sapientia, q̄ Deus non fiat homo, q̄ inuisibilis non fiat visibilis, q̄ immortalis non fiat mortalis, q̄ Virgo concipere, & parere non possit, q̄ mori non possit author vitæ, q̄ mors vnus non possit multos viuificare, q̄ mortuus aperto sepulchro resurgere nequeat, q̄ verum corpus humanum clausis ianuis intrare non possit in domum. Nos autem hæc omnia de Christo prædicamus: Ideo Apostolus non in sapientia hominū euangelizat, quæ sapientia est verbi. i. locutionis ornatq̄ secundū dialecticā, & rhetoricā. Et infra inquit, ideo non misit me Dominus euangelizare in mundana sapientia, quoniā ipse (sicut scriptura testatur) prædixerat, q̄ eam non reciperet in prædicatione euangelica, Sed perderet, & reprobaret de collegio prædicatorum suorum: Vnde ait perdā sapientiam sapiētium, & prudentiā prudentiū reprobabo. Non suam sapientiam Deus in eis perdit, & reprobat, quā ipse donauit, sed quā sibi arrogant. Item super illud. Videte nequis vos deceat

Nota.

Nota.

Coll. 2.

piat per philosophiã, & inanem fallaciam &c. dicit. Videte (i. cauta circûspectione cauete) nequis vos decipiat (seducens in aliquem errorem) per philosophiam terrenã, quę argumentis, & subtilitate cõponitur, & fallit, dum verisimilibus causis, & cõmentitiis rebus, nihil tam verũ estimat, q̃ quod conspicit in Elementis, quę nõ à Deo, sed ab hominibus ordinata est, & ideo cauenda, quia cultrix est mundi, non Dei, & à Christo retrahit, in quo est omnis perfectio, quia habet omnia, quę pater. Videte ergo, Nota nequis vos seducat per philosophiam. i. per mundanam sapientiã, quę naturalia sequitur, & argumentis nitit̃. Sanctus Frãciscus A sissias Minoritarũ institutor Frãciscus (vt̃ author est Bonauẽtura eius in Christo filius in tractatu, quẽ de vita eius cõposuit, Et aurea legẽda maior nuncupat̃) Quærentibus aliquãdo fratribus, vtrũ sibi placeret, q̃ literati iam recepti ad ordinẽ, intenderent studio sacrę scripturę: Respõdit: Mihi quidẽ placet, dum tñ exẽplo Christi, q̃ magis orasse legit̃, q̃ legisse, orationis studiũ non omitrat̃, nec tñ studeant vt̃ sciant qualiter debeãt loqui, sed vt̃ audita faciant, aliisq̃; facienda proponant. Volo (inquit) fratres meos discipulos euangelicos esse, sicq̃; in notitia veritatis proficere, & in simplicitatis puritate concresecant, vt̃ simplicitatem columbinã à prudentia serpentina non separent, quas magister eximius, ore suo benedicto cõuinxit &c. Hanc sanctissimi viri sententiã vere fidelem, si ii qui sese alũnos eius iactant, sequerentur, non vsq̃; Ioannis Scoti doctrinã (quã Ioan. Gerson in Eplã, in qua laudat melifluã, & igneã diui Bonauenturę doctrinã, non dubitauit meram infantiam, & vanitatem falsam appellare) ad astra extollerent, nam Bonauen. (de quo idem Ioã. Gerson ait, q̃ antonomastice doct̃or Seraphicus no-

C A P. XVIII

minatur) sortitus quidem ipse sibi id nomen sine laude vitæ suæ, pariter & doctrinæ. Et Alexandro de Ales (cuius doctrina, quantæ sit vbertatis, dici satis nequit. Nam de ea fertur respondisse sanctus Thomas inquisitus. Optimum modum studendi Theologiam hunc esse, exercere se. scilicet in vno doctore præcipue: Et dum ultra peteretur: Quis esset talis doctor? Alexander de Ales respōdit) quasi cum illis, quorum non est memor amplius, sepulti præsertim in cordis amore, extolluntur (inquit ibidem Ioannes Gerson) alii quidam, quorum sint vtinam nomina in libro vitæ. Non enim studiosis inuidemus, sed multæ aliquos ipsorum literæ fecerunt sub nomine subtilitatis insanire cum sequacibus ipsorum. Nunquid non insania concedere, quod duo contradictoria sunt simul vera pro eodem instanti temporis, licet non naturæ, quod præterea multæ sunt veritates ab æterno, & multa æterna, quæ non sunt Deus? quod aliquid sit Deus realiter, quod non sit formaliter Deus? Quod in diuinis sint ponendæ prioritates, & posterioritates aliæ quæ originis? Quod personæ diuinæ distinguantur per absoluta &c.

Ruptus. Accedit & Rupertus Abbas Tuitiensis, qui in Leuiticum scribens, Inquit, super eo hæc sunt, quæ de aibus non comedetis, & vitanda sunt vobis &c.

Nota. Quasi aues immundæ inanes gentium philosophi fuere, recte quæ aibus super quatuor pedes gradientibus comparantur quicquid ex his cum animo de cœlestibus, verbigratia Sole, Luna, Stellis, & reliquis philosophantur: Ventre autem vel corpore per terram, lutumque vitiorum versantur &c. Et in tractatu de operibus spiritus sancti. Sciendum est (inquit) philosophiam aliam esse inanem .i. non secundum Deum, Aliam sanam, & veram .i. secundum Deum:

Libro 7.
Cap. 3.
Nora.
Cap. 2.

Nam Apostolus ad Col. dicit, videte ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum Elementa, & non secundum Christum. quod dixerat per philosophiam, hoc repetiuit dicendo, inanem fallaciã, ipsamq; philosophiã vel inanem fallaciam aperuit, cur sic dixisset, subiungendo, secundum traditionem hominum, secundum Elementa mundi, & non secundum Christum. Est ergo alia philosophia huic opposita, quæ non est secundum traditionem hominũ, sed secundũ Christum, nõ inanis aut fallax, sed grauis & vera, & subdit infra, erit igitur philosophia aliter quidem secundum Elementa mundi, vel traditionem hominum, & aliter secundum Christum iuxta modum illum, Inanis, siue fallax philosophia recte dicitur, iuxta modum istum puro nomine scientia vel philosophia, siue cũ adiectione philosophia sana, vel scientia Dei nominatur. Item exponens illud Ioan. omnia per ipsum facta sunt &c. Inquit Attendende quicumq; filius lucis es, & sicut telas aranearũ ea contemne, quæ filii noctis. i. philosophi huius seculi somniant: Dixerunt enim materiam, ex qua cuncta fierent, quã etiam appellarunt hylem, non à Deo creatam, Sed Deo fuisse consempiternam, qua Deus sit vsus, vt artifex ligno vtitur, cum mundum istum conderet sibi coeternum, qui etiam formulas fuisse finxerunt, quas dicunt Idæas, quibus intendens, ad earum cuncta faceret imitationem. Hæc ergo contemne verbi æterni vltor, & agnitor, quia nõ sic habet veritas, sed omnia p ipsum facta sunt: Et in hoc principio. i. in hoc verbo creauit Deus coelũ, & terram, & oĩa, quæ in eis sunt &c. Præterea dum interpretatur illud Ioannis, Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? ait, quod enim vni dicit, omnib; dicit,

Nota.

Cap. pri.

Nota.

Cap. 3.

C A P. X V I I I

Mar. 12. quod idem est, ac si diceret, tu ignoras hæc, & magi
 Matt. 13. ster es in Israel? A quorum p̄sumptione discipulos
 Nota. suos reprimens ait, nec vocemini magistri, quia ma
 Colo. 2. gister vester vnus est Christus. Vere enim vnus, & so
 Luc. 34. lus magister noster est Christus, in quo sunt omnes
 Matt. 11. thesauri sapientiæ, & sciētix absconditi, qui discipu
 Cap. 4. lorum suorum sensum per spiritum sanctū aperuit,
 Nota. vt intelligerent scripturas, qui abscondit hæc à sapiē
 tibus, & prudentibus, & reuelauit ea paruulis. Et am
 plius enarrans illud Ioan. venit mulier de Samaria
 haurire aquam, dicit, Hoc profecto sitiens, & arida
 gentilitas faciebat. Currebat certatim ad illam ina
 nem philosophorum huius mundi disciplinam, vt
 vel s̄m stoicos curiositatē, vel s̄m Epicureos omnē
 expleret cupiditatem, sperans in illis esse venā aqua
 rum viuentium, idest in scholis eorum, prædicari ve
 ræ, & summæ beatitudinis viam. Qui enim Socra
 tis, vel Platonis academiam, cæterorumq; sectas di
 uersas philosophorum, nisi puteos viuentiū esse pu
 tabat aquarum? Veniens ergo mulier Samaritana
 haurire aquā, tandem aliquando inuenit dominum
 sedentē super puteum, quia philosophos suos diu
 mirata gentilitas, tandē aliquando reluctantem per
 apostolos suos audiuit Dei sapientiā Christum. De
 niq; in libro tertio de gloria & honore filii homi
 nis, idē Rupertus sic inquit. omnes sitiētes (ait spi
 ritus. s.) venite ad aquas, & q non habetis argentū,
 p̄perate, emite, & comedite, aquę p̄nti loco scriptu
 rę sunt, qbus spiritaliū continent mysteria gratiæ,
 sicut & illic, bibe aquā de cisterna tua, & fluēta pu
 tui tui. Deriuent fontes tui foras & in plateis aquas
 tuas diuide. A quę istæ, aquæ Dñi sunt, & quicunq;
 emerit eas eius s̄nt, nec Dñi esse desinūt. Quid ro
 go est, q̄ cum oēs sitiētes inuitaueris ad huiusmo

Esa. c. 55.

puer. c. 5

di aquas, illos maxime inuitat ad emēdum, qui non habent argentū? Ait enim & qui nō habetis argentum, pperate, emite. Certe in omni negociatione terrena magis illi solent inuitari ad emendū, q̄ habēt, vel habere videntē argentū, hęc aut negociatio tota cœlestis, tota spiritualis est. Quid ergo est argērum nō habere, nisi in philosophia seculari, siue prudentia eloquii nō confidere? Talibus nāq; non habētibus eiusmodi argentū, ipsa humilis cōscientia, magnū est emptionis p̄tium. Talis erat Moyses, cū diceret ad Deū, obsecro Dñe nō sum eloquēs ab heri & nudius tertius, & ex quo locutus es ad seruū tuum impeditioris, & tardioris linguæ sum? Et in parabolis sapiēs loquitur, stultissimus sum viroꝝ, & sapiētia hoīum nō est mecū: non didici sapiētiam, & nō noui sanctorū scientiam. Quid igitur o Æmule subfannas? Quid obtrektor me laceras? fateor quia Catygetas tuos audiui, oēs sapientes & prudētes eloqui, mystici, & oīo nullas habeo diuitias argēti eiusmodi, & siqd̄ percepi de secularibus philosophis, non sunt mihi p̄ diuitiis, siue p̄ numis argenteis. Sed nūquid ob hoc mihi ab aquis istis erat desperandum? immo magis sperādum, qm̄ inter oēs scientes, illos qui nō habent argentū, audio maxime inuitari ad emendū. Subfanna quantūuis, licet scripta mea non nisi infidiādo legere velis, & si libet, etiā illud dic. Quo hic literas scit, cum non didicerit? Si enim cū illo, in quē hoc dictū est, participes fuerimus opprobrii, erimus etiā gloriæ, & honoris. Post hęc Hugo de sancto Victore in libro eruditionū Theologicarū ex miscellaneorū lib. p̄ti. Titu. 197. De sapientia Dei & mūdi sermonē faciēs sic inquit, scriptū est q̄a mūdus in Dei sapiētia per sapiētiam Deum nō cognouit, placuit Deo per stultitiam prædicationis sal-

EXO. c. 43

pue. c. 30

Æmulos
& detra-
ctores ha-
bebat Ru-
ptus, nō
minus q̄
authori-
bus libel-
li.

Primæ
Cor. pri-
Nota.

uos facere credentes. Mundus sapientiam habuit, per quā Deū non potuit cognoscere positū in sapientia sua, sapiētia mūdi fuit ratio humana s̄m visibiliū rerum naturam, & elementa huius mundi formata. Sapientia Dei fuit eius ineffabilis maiestas, & incomprehensibilis bonitas. Erat & prudentia mundi circa commoda carnis diligens circumspectio. Sapientia ergo mundi, quę humana ratione incedit, negat fidem, prudentia autem mundi, quę carnis tantum commoda quærere docet, & vitare incōmoda, destruit bonā operationem. Propterea sapientiam mūdi stultam reputat Deus, & prudentiā iudicat inimicam, quoniam illa veritati aduersatur, ista dilectioni. Et in libro de institutione nouitiorum idem dicit.

Cap. 6.

Dum superbe præ aliis sapientes videri volumus, erubescimus, vel nostram ignorantia ab aliis argui, vel aliorum sapientiam quasi ad nostram depressio nem approbari, sicq; nōnunquā contra conscientia nostrā vel errorem nostrū impudēter defendimus, vel alterius veritatem malitiose impugnamus. Hęc

Nota.

Cap. 3.

suę can.

est sapientia huius mundi, quam Iacobus apostolus carnalem vocat, & diabolicā, quę versuta est, & maligna, illas solūmodo astutię vias exquirens, quibus possit errorem suum tegere, & alienam veritatem, quāuis manifestam, in opinione stultorum, & insipientium hominū deprauare: sed nō talis est sapientia, quę de sursum venit, quę nescit etiā semetipsam contra veritatem diligere, semper parata, vel bonū, quod non habet, ab habentibus libenter petere, vel malum, quod sustinet, cum aliis, & coram aliis veraciter accusare. Propterea de ipsa idem Iacobus apostolus sic ait. Sapientia autem, quę de sursum est primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia, &

Vbi supra.

fructibus bonis, iudicans sine simulatione. Idem in libro explanationis cœlestis hierarchiæ magni Dionysii Areopagite. cap. 1. libri primi inquit, Iudæi signa querunt, & Græci sapientiâ: fuit enim quædam sapiëntia, quæ sapiëntiâ videbatur iis, qui veram sapiëntiâ non nouerant. Et inuenit mundus sapiëntiâ illam, & inflari cœpit, & tumuit: magnum se existimâs in ea: & præsumpsit, & dixit, vt ultra pergeret ad sapiëntiam summam confidens in sapiëntia sua, quasi via esse potuisset ad illam, & ascendit, & eleuatus est: vt ad alta corde perueniret, & fecit sibi scalam specië creaturæ, nitens ad inuisibilia creatoris: Tunc quæ manifesta erant Dei, ad illuminationem processerunt: & nota facta sunt, vt pbareretur corde nõ puro. Nam illa, quæ videbantur, nota erant, & erant alia, quæ nota non erant, & per ea, quæ manifesta sunt, putauerunt ire in illa, quæ abscondita fuerunt, & corruerunt mente ultra possibilem veritatem in mendacia figmentorum suorum, vbi non est inuentum amplius, quod apprehenderent, ideo stultam fecit Deus sapiëntiâ huius mundi, quia in illa non potuit inueniri sapiëntia Dei, & monstrauit sapiëntiâ aliam, quæ stultitia videbatur & non erat, vt vera sapiëntia inueniretur per eam &c. Beda quoque venerabilis prædictis omnibus excepto Philastro in hoc cap. doctoribus vetustior super epistolam Pauli ad Cor. primam scribens, & exponens illud. Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare non in sapiëntia verbi, vt non euacuetur crux Christi: Ex lib. Aug. contra Felicianum sic inquit. Non vsque adeo (inquam) duci me putes laudibus meis, vt iniuriam faciam præcedentibus sanctis, nec præsumam vnquam in sapiëntia verbi, ne euacuetur crux Christi, sed scripturarum autoritate contentus, simplicitati obedire potius studeo, quam tumori. Et infra exponens illud.

Primę
Cor. pri.

Beda.
Cap. pri.

Nota.

Trac. 60 Non'ne stultā fecit Deus sapientiā huius mundi ex
Primę sententia Aug. in expositione Euangelii Ioan ? Sic
Cor. pri. dicit pereant argumenta philosophorū, qui negant
ps. 93. in sapientem cadere perturbationes animorum, stul-
 tam fecit Deus sapientiā huius mundi, & Dominus
 cognouit cogitationes hominū, quoniā vanę sunt.
 turbes planē animus christianus nō miseria, sed mi-
 sericordia, timeat ne pereant homines Christo, lætes
 cum acquirunt homines Christo, timeat & sibi, ne
 pereat Christo, cōtristes peregrinari se à Christo, cō-
 cupiscat regnare cū Christo, lætes dum sperat se re-
 gnaturū esse cū Christo. Istę sunt quippe quatuor,
 quas perturbationes vocāt, timor, & tristitia, amor,
 & lætitia, habeāt eas iustis de causis animi christiani,
Nota. nec philosophorū stoicorū, vel quorūcunq; similium
 consentiat errori, qui profectō quēadmodū vanita-
 tem existimant veritatē, sic stuporē deputant sanita-
 tem, ignorantes sic hoīs animū quēadmodū corpo-
 ris membrū desperatius agrotare, qñ & doloris ami-
 serit sensum. Itē scribens in epistolā Pau. ad Col. &
Cap. 1. exponens illud, videte nequis vos decipiat per phi-
 losophiam, & inanē fallaciam &c. Ex libro Aug. de
 gene. ad literam pri. sic inqt. Respondendū est ho-
 minibus, q; calūniari libris nostrę salutis, & eruditio-
 nis affectant, vt quicquid ipsi de natura rerū veraci-
 bus documētis demonstrare potuerint, ostendamus
 nostris literis nō esse contrariū, quicquid autem de
 quibuslibet suis voluminib⁹ nostris literis. i. Catho-
 licę fidei contrariū ptulerūt, aut aliqua etiā faculta-
 te ostendamus, aut nulla dubitatione credamus esse
 falsissimum, atq; ita teneamus mediatorē nostrū, in
Nota. quo sunt oēs thesauri sapiētię, atq; sciētię abscondi-
 ti, vt neq; falsę philosophię loquacitate seducamur.
 Neq; falsę religionis superstitione terreamur.

Cap. XIX in quo scholasticorum ponuntur au-
thoritates, videlicet. Magistri Sententiarū, Ale-
xandri de Ales, Alberti magni, Bonauē-
turę, Thomę, Ioānis Scoti, Ioānis
Gersonis, Dionysii Carthusien-
sis, & Alphōsi Thostati.

Petrus Lombardus, qui Magister Sententiarū di-
cit, Scholasticorū Theologorū princeps in pri-
mo Sententiarū libro, inqt, volūtas ergo Dei (vt ait
Aug. in 3. lib. de Trinitate) prima & sūma causa est
omniū specierū, atq; motionū, nihil n. fit, qđ nō de
interiori, atq; intelligibili aula sūmi Impatoris egre-
diat̄ s̄m ineffabilē Iustitiā. Vbi n. operat̄ quod vult
Dei omnipotētis Sapiētia, q̄ ptingit a fine vsq; ad fi-
nē fortiter, & disponit oīa suauiter, & nō solum facit
ea, q̄ p̄seuerātia cōsuetudinis admirationem nō ad-
mittūt, sed ēt ea, q̄ pp raritatē: & isolitū euentū mi-
ra vident̄, vt sunt defectus luminariū, & terręmot⁹,
& mōstrofi animatiū partus, & iis similia, quorū ni-
hil fit sine volūate Dei, sed plerisq; nō apparet, iōq;
placuit vanitati philosophorū ēt causis aliis, ea attri-
buere, cū omnino videre nō possent supiorē ceteris
omnib⁹ causam. i. voluntatē Dei &c. Et scribens in
Epist. ad Cor. primā, & exponens illud, scriptū est. n.
perdā sapiētiā sapientiū, & prudētiā prudentiū re-
probabo &c. Sic inqt, Ideo nō misit me p̄dicare in
sapiētia mūdāna, q̄a p̄dixerat, qđ nō eā recipet in p̄-
dicatiōe euāgelica, sed p̄deret, & reprobaret de col-
legio p̄dicatorū suorū, Et hoc est, quod ait, scriptū
est. n. (in Abdia) p̄dam sapiētiā sapientiū seculi. &
prudētiā prudentiū reprobabo. i. sapiētiā mūdā-
nā, & prudētiā eliminabo a p̄dicatorib⁹ euāgelii, ut

Dist. 45

Magister
Sententiarū.

Nota.

Cap. pri.

Nota.

sic factū est, vbi enim est sapiens inter prædicatores? inter quos si esse voluit sapientiā illā abiicere oportuit, & nota q̄ primo ponit genus, deinde subdit species dicens vbi scriba? vbi inquisitor huius seculi? sapiens est genus vtriusq̄. s. scribæ & inquisitoris scriba est, q̄ etiam de moribus & artibus præcepta dat. Conquisitor est, qui secreta naturæ rimatur. Tales non recipit Deus inter prædicatores. Sed stultos fecit, vnde subdit, non ne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi. i. stultos ostendit esse sapientes huius mundi. Hactenus ibi magister sententiarū. Qui etiam paulo ante exponens illud, nō misit me Christus baptizare, sed Euangelizare non in sapiētia verbi, vt non euacuetur crux Christi, inquit, Ratio hic ostenditur, cur tam paucos baptizauī, quasi dicat, ideo tam paucos baptizauī, quia (nō misit me Deus baptizare) quod à minoribus fieri potest, ne retardaretur à prædicatione, de qua dicit (sed euangelizare) perfecte enim baptizare etiam minus docti possunt: perfecte autem euangelizare multo difficilioris, & rarioris est operis, Ideo doctor gērium plurimis excellentior euangelizare se missum dicit, non baptizare: Hoc tamen necessitate instante interdum egit. (non in sapiētia verbi) quasi dico, qui misit me euangelizare non utiq̄ in sapientia verbi. i. in sapientia philosophorum, quæ dicitur sapiētia verbi, quia dicitur sapientia, & si non sit: Vel ideo dicitur sapientia verbi, quia verbosos facit. Ideo non misit me in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi: per illā enim sapiētiam crux Christi. i. mors Christi euacuetur, & impossibile secundum naturam iudicatur, vt Deus immortalis moreretur, vel euacuatur etiā crux Christi si quō, vel bona natura, vel alio aliquo modo præter eam crucem credatur esse iustitia, & vita æterna.

Eodem
 cap.

Nota,

Acute quippe vident hęc dici, sed in sapientia verbi, qua euacuatur crux Christi. non est ista sapientia; desursum descendens. Si ergo secundum scripturam sacram sapiamus, non cogimur contra Christi gratiam disputare, & ea dicere, quibus demonstrare conemur naturam humanam, neq; in paruulis medico indigere, quia sana est, & in maioribus sibi ad iustitiam, si velit, posse sufficere, quo circa Apostolus nō pręsumit in sapiētia verbi prędicare, sed scripturam

authoritate contentus simplicitati potius studet, q̄ tumori. Vel nō misit me prędicare in sapiētia verbi. i. in lepore, & ornatu verborum, quia prędicatio christiana nō indiget pompa, & culta sermōnis, ne videatur esse ex versutia, & calliditate humanę sapientię, non ex veritate. Ibi enim compositio verborū querit, vbi teste veritate ipsa veritas se non cōmendat, sicut in sapientia mundana. Qui ergo fidem Christi verbis exornare vult, obscurat illā verborum splendore, vt nō illa, sed ille laudetur. Ideo causam ostendens, quare non in sapientia verbi addit, vt nō euacuetur crux Christi, sicut pseudoapostoli, ne stulti viderent prudentibus mūdi, in sapientia humana Christū prędicabāt dupliciter. s. eloquētię studentes, & quę mūdos stulta iudicat euitantes. Hęc Petrus Lombardus. Hunc sequit Alexander de Ales a scholasticis theologis doctor irrefragabilis cognominatus, q̄ enarrās ps. 105. Et exponēs moraliter locū illum. Et irritauerunt eum ad aquas contradictionis &c. Inquit, Aquę istę possunt dici sciētię seculares, in quibus sunt multę contradictiones, ad quas, & in quibus multi irritāt, & puocant Deū. Item exponens moraliter ps. panē cœli dedit eis, panem angelorū manducauit homo. Cibaria misit eis in abūdantia. dicit (panē cœli dedit eis). s. verbū

Nota.

Nota.

Alexan.
de Ales.

ps. 77.

veritatis, sed multi libentius comedunt panē cinerū
 tium, & falsitatis. Prouerb. 20. Suavis est homini pa-
 nis mendaci. Sed homini ab humo dicto, quia ra-
 tionali homini suauior est panis cœli: Vnde bene
 sequit̃ (panem angelorum). i. veram doctrinā, quā
 ministrāt angeli Dñi. i. prædicatores, & doctores
 ab eo missi (māducauit homo) rōnalis, & similitudi-
 nem Dei seruans. Et posset aliquis dicere, panis iste
 angelorum bonus est, sed in non sufficit, quā cito
 pōt sumi. i. cito potest sciti Theologia, Ideo prius
 volo impleri aliis, & porris Ægypti. i. scientiis secu-
 laribus. Ideo bene addit (cibaria misit eis in abun-
 dātia) quia ista sciētia sufficit homini, & hō non suf-
 ficit ei per totū tempus vitę suę, vt eā perfectē sciat;
 quia puteus altus est, nec in quo hauriat habet, vt di-
 citur Ioan. 4. hęc sunt enim aquę profundæ torrentis,
 qui non pōt transuadari. Ezech. 47. Et Ioan. Dama-
 scenus dicit, q̃ sicut Oceanus est in nauigabilis, ita
 sacra scriptura est imperscrutabilis. Itē exponens illud
 ps. veruntamen vani filii hoīum, mendaces filii
 hominum in stateris &c. Sic dicit (filii hominū) sunt
 clerici specialiter, qui præ aliis scientia, & ratione
 vtentes debent esse, & præcipue theologi, Sed de
 multis potest dici, q̃ vani sunt, secundū illud Hiere.
 decimo, stultus factus est omnis homo à sciētia sua,
 cōfusus est omnis artifex in sculptili, qm̃ falsum est,
 quod conflauit, & non est spūs in eis, vana sunt, &
 opus risu dignū. Ipsi enim de scientia faciunt quasi
 sculptile, & idolum, quia eam exterius ornāt verbis
 rhetoricis, & exquisitis, & volunt q̃ eorum scientia
 velut Idolum adoretur, vel ipsi propter scientiā, sed
 tamen nō est in eis spūs, quia, nō spūales sunt ppter
 scientiā suam, sed magis carnales, & sic simulachra
 sacrę scientiæ, quā prætendunt, vana sunt, & opus

Nota.

ps. 62.

Nota.

dignum risu. Præterea exponens illud ps. Declaratio sermonū tuorū illuminat, & intellectū dat puulis, sic ait, possumus sermones Dñi vocare quicquid est in sacra scriptura, quos clarificat magistri, & prædicatores, dum aperte exponunt, & dum quod dicunt in opere ostendunt secunda Thes. 2. orate pro nobis, ut sermo Dei currat, & clarificet. Sapientia. 6. clara est, & quæ nunquā marcescit sapientia. Et quid mirum? quia Dñs emundat argentū suum, secundum illud Malachi. 3. sedebit cōflans, & emundans argentum, supple à scoria philosophiæ. Sed nunc pōt dici illud Esai. 1. argentū tuum versum est in scoriā, quia plus diligitur philosophia, q̄ theologia, Immo etiā multi Theologi magis innitunt philosophiæ legēdo, & disputando, & prædicādo, q̄ Theologi, & tales nō declarant, sed magis obscurant sermones Dñi, sicut de illis dicit Dominus Iob. 38. Quis est iste inuolucens sententias sermonibus imprecitis? Ecclesiastici. 24. Qui elucidant me vitā æternā habebunt, Ergo qui obscurant habebunt mortem. Prouerb. 14. Quærit derisor sapientiam, & non inuenit, doctrina prudentiū facilis. Philosophantes enim in Theologia derisores sunt, qui Deum derident, & audientes deludunt, & tales licet sapiētiam quærere videant, non inueniunt eā. Vnde prima Thimo. 6. Siquis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Dñi nostri Iesu Christi, & ei, quæ secundum pietatem est doctrinæ superbus, nihil sciens, sed languens circa quæstiones, & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, cōtentiones &c. Qui enim relictis sermonibus, & verbis Iesu Christi, qui nunq̄ philosophice prædicauit, verbis philosophiæ vtunt, sermonibus Christi vident nō acquiescere, nec docting, q̄ est secundū pietatē, sed ei, quæ est secundū

ps. 118.

Nota.

Nota.

Nota.

curiositatem, & talis, vt dicit apostolus: superbus est, & ideo nihil sciens &c. Nec partē habet in hoc verbo. Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis quasi dicat non superbis disputationibus tantū intellectum dat, quantū humilibus Vnde Matth. 11. dicit humilis magister. Confiteor tibi pater Dñe coeli, & terre, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudētibus, & reuelasti ea paruulis. Et hoc etiā significauit Luc. vlt. vbi habet, & duo euntes in Emaus, dū fabularent, & secū quærerent. i. disputarent, & ipse Iesus appropinquans ibat cū illis, oculi eorū tenebant, ne eum agnoscerent. Sed postq̄ coegerunt eum secū hospitari, & fregerūt panē, per opera pietatis cognouerūt eū Eccl. 43. Pie agētibus dedit Deus sapientiā. Postremo exponens quoq; illud ps. Dñe in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabūt tota die, & in iustitia tua exaltabunt, qm̄ gloria virtutis eorū tu es, & in beneplacito tuo exaltabit cornu nostrū &c. Dicit, de Theologis potest hoc legi, lumen vultus est euangeliū filii Dei, in quo debēt Theologi ambulare, vt s̄m doctrinam euāgelii, in bonis operibus perficiāt, Ioan. 12. Ambulate, dū lucē habetis, vt nō tenebrę vos cōprehendāt. Iob. 29. Lux vultus mei nō cadebat in terrā, id est sciētia mea nō fuit ociosa, nec didici p̄pter terrenā, nec p̄dicaui, nec legi, quo contra Danielis. 10. audiui vocē sermonū eius, & audiens iacebā cōsternatus super faciem meā, vultusq; meus hærebat terræ. Hæc autē possunt dicere hodiē multi Theologi. Et in nomine tuo exultabunt tota die, nō in nomine suo, quasi dicat honorē & laudē nominis tui quærent studendo, & p̄dicando, & legendo, & nō suam gloriā. Esa. 23. in doctrinis glorificate Deum. Et non sufficit eis scire, & docere nisi operentur. Vn

ps. 38.

Nota.

de addit, & in iustitia tua. i. in bona vita exaltabunt
 re & nomine, re apud se, nomine apud alios per bo
 nam famā, & ex illa iustitia, siue ex fama nō debent
 inaniter gloriari, quoniā gloria virtutis eorū tu es,
 qui eam dedisti, id est tua est gloria, non illorū, quia
 tu dedisti virtutem, prima Corinth. 4. Quid habes
 homo, quod non accepisti. Si autem accepisti, quid
 gloriaris quasi non acceperis? Qui autē talis Theo
 logus esset, dignus esset fieri episcopus. Vnde ad
 dit, & in beneplacito tuo exal. Cor. nostrā. Cornua
 multorum praelatorum hodie exaltantur non in be
 neplacito, sed in ira Dei, sicut dicit Dñs Osee. 13. Da
 bo tibi regem in furore meo ps. Non intibiis viri be
 neplacitum erit ei, quasi dicat nō debet eligi homo
 ad praelationem propter corporis magnam statu
 ram. Primō regum cap. 16. Ne respicias vultū eius,
 neq; altitudinem stature eius, quoniam abieci eum,
 sed sicut dicitur in ps. Beneplacitum est Domino su
 per timentes eum. Hactenus Alexander de Ales. Al
 bertus quoq; cognomento magnus Episcopus Ra
 tisponensis in libello de adhæredō Deo ita inquit.
 Quoniā spiritus cum sit Dominus Deus, & eos, qui
 adorant eum, in spiritu, & veritate oportet adorare,
 id est cognitione, & amore, intellectu, & affectu ab
 oibus phātasmatib⁹ nudo. Hinc est & illud Mat. 6.
 Cum adoraueris intra in cubiculum tuum, id est cor
 dis tui intima. Et clauso ostiō, s. sensuum tuorum. &
 inibi corde puro, & cōsciētia bona, & fide nō ficta,
 ora patrem tuū in spiritu, & veritate in absconso, qđ
 tunc congrue fit, cū homo fuerit ex omnibus aliis
 exoccupatus, & exutus, & totus intra se receptus,
 vbi vniuersis & singulis exclusis, & oblitis corā
 Iesu Christo, tacito ore, sola mens desideria sua, se
 cure domino Deo suo fiducialiter pādit, ac per hoc

Nota.

Albertus
magnus.
Cap. pri.

C A P. XIX

toto corde, & amoris affectu, se in eum intimis medullis omnium virium suarum, sincerissime, & plenissime diffundit, immergit, dilatat, & inflammat, & resoluit. Veruntamen, qui ralem statum aggredi desiderat, & satagit, opus est omnino, vt velut clausis oculis, & sensibus de nullo se penitus implicet, ac perturbet, sollicitus sit, & curet, sed cuncta tanquam impertinentia, ac noxia, & perniciofa funditus excutiat. Deinde se totum intra se recipiat, nec aliud vnquam obiectum, inibi mente attendat, quam solum Iesum Christum vulneratum: Sicq; per eum in eum. i. per hominem in Deum: per vulnera humanitatis ad intima diuinitatis suæ, sedulo, & obnixè intendat: Ibiq; se, & singula, ac cuncta indidisse suæ infatigabili prouidentia committat, vt seruetur illud Petri, omnem sollicitudinem proicientes in eum, qui potest omnia. Et iterum, nihil solliciti sitis. Et rursus, iacta cogitatum tuum in Domino, &c. Item mihi adherere Deo bonum est. Et prouidebo Dominum in conspectu meo semper. Et sponsa in canticis. Inueni, quem diligit anima mea. Quippe venerunt mihi omnia bona pariter cum illo. Nempe hic est thesaurus ille absconditus, nec non margarita pretiosa, quæ præ omnibus comparata fiducia humili, conatu instantissimo, taciturnitate tranquilla, etiam vsq; ad corporalis commodi laudis vel honoris quærit iacturam in fortitudine spiritus. Et aliquantulum infra dicit, Felix ergo, qui per absterfionem continuam phantasmatum, & imaginum, ac per introuersionem, & inibi per sursumductionem mentis in Deum, tandem aliquando obliuiscitur phantasmatum quodammodo, ac per hoc consequenter operatur interius nudo, ac simpliciter, ac puro intellectu, & affectu circa obiectum.

Cap. 2.

Nota.

Prim a

Petri c. 5.

Philip. 4.

ps.

ps. 72.

ps 15.

Cap. 3.

Cap. 4.

Nota.

simplicissimum Deum. Omnia igitur phantasmata,
 species, imagines, ac formas rerum oïum citra Deū
 à mente reicias: Vt in solo nudo intellectu, & affe-
 ctu, ac voluntate, tuum pendeat exercitium circa
 Deum intra se. Nempe finis omnium exercitiorum
 hic scilicet intendere, & quiescere in Domino Deo
 intra se per purissimum intellectum, & deuotissi-
 mum affectum sine phantasmatibus, & implicatio-
 nibus. Huiusmodi autem exercitium non fiet in
 organis carneis, & sensibus exterioribus, sed per
 quod quis homo est. Homo vero quis est intelle-
 ctu, & affectu, Et idcirco quandiu homo cum phā-
 tasmatibus, & sensibus ludit, & eis insilit, videtur
 nondum exisse motus, & limites bestialitatis suæ,
 hoc est illius, quod cum bestiis habet commune.
 Quia illæ bestia per phāasmata, & per tales sensi-
 tiuas, seu sensibiles species cognoscunt, & afficiun-
 tur, & non aliter, eo q̄ altiozem vim animæ non
 habeant. Secus est de homine secundum intelle-
 ctum, & affectum, & liberum arbitrium ad Dei ima-
 ginem, & similitudinem creato, quibus debet Deo
 immediate, pure, & nude imprimi, & vniri, fir-
 miteiq; inhære. Et infra dicit, Nuda igitur te à Eodem
 phantasmatibus omnibus rerum corporearum iux-
 ta tui status, & professionis exigentiam, vt nuda
 mente, & sincere inhæreas, cui te multipliciter ta-
 liter deuouisti, vt nihil quodammodo possibile sit
 mediū inter te, & animā tuam, & ipsum pure, fixeq;
 vt fluere possis à vulneribus humanitatis, in lu-
 men suæ diuinitatis. Ergo philosophia mundana,
 præcipue, quæ ab Arist. tradita est, deicienda est ab
 eo, qui in lumen diuinitatis Christi transire cupit:
 quādoquidē ea non nisi sensibilibus, & phantasma-
 tibus innitatur. Et infra dicit. Quapropter si incipis

Nota

Eodem

cap. Nota

C A P. XIX

te nudare, & purificare à phantasmatibus, & imaginibus, & simplicare & tranquillare fiducialiter in Domino Deo cor tuum, & mentē tuam, vt haurias, & sentias fontem diuini beneplaciti in omnibus interioribus tuis: Et per bonam volūtatē sis Deo vnitus in intellectu, sufficit tibi hoc pro omni studio, & lectione sacre scripturę, & ad dilectionē Dei, & proximi illud, vt vnctio docet. Omni igitur studio, conatu, & labore, simplifica cor tuum, vt à phantasmatibus immobilis, & tranquillus conuertaris, & stes in Domino semper intra te, tanquā si anima tua sit in illo, nunc eternitatis. i. diuinitatis: Taliter. s. vt amore Iesu Christi, de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta te ipsum deferas, & totum te Deo in omni tribulatione, & euentu totaliter, pleneq; cōmittas, eiusq; voluntati, & beneplacito parere semper, & patienter affectes: quod vt fiat necesse est, vt frequenter ad cor redeas, & in eō persistas, & ab omnibus quantū possibile est te ipsum absoluas, mentis oculum semper in puritate, & tranquillitate custodias, intellectū à phantasmatibus & formis rerū infirmarum præserues, Voluntatis affectum à terrenorum curis penitus absoluas, & summo vero bono amore feruido radicitus inhæreas. Memoriam quoq; iugiter habeas sursum eleuatam, & in ipso eodem vero summo bono, ac solo essentiali, & increato firmiter stabilitam ita duntaxat, vt tota anima cum omnibus potentiis, & viribus suis in Deum collecta vnus fiat spiritus cum eo, in quo summa perfectio vię consistere cognoscitur. Hęc vera vnitas spiritus amoris est, quo homo omnibus votis supernę, & eternę voluntati conformis efficitur, vt sit per gratiā, quod Deus est per naturam. Et parum infra, & quia quāto magis te nudaueris à phantasmatibus, & implicatio

Nota.

Cap. 6.
Nota.

nibus exterioribus mundanis, & sensibilibus, tanto magis anima tua recuperabit vires, & interiores sensus suos, vt sapiant ea, quæ sursum sunt. Disce ergo abstinere à phantasmatibus, & imaginibus rerû corporalium, quia super omnia placet Deo mens nuda ab huiusmodi formis, & speciebus, cuius etiam delitiæ sunt esse cum filiis hominum videlicet quia talibus occupationibus, & distractionibus, & passionibus tranquilla, pura, & simplici mente sibi intendunt, vacant, & adhærent. Alioqui si in talibus memoria, imaginatio, & cogitatio tua sæpe vacat necesse est vel rebus nouis, vel reliquis antiquorum delirari, vel secundum alia & alia obiecta qualificari, unde spiritus sanctus aufert se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu. Et infra de mundana sapientia dicit, Mundana sapientia facit animam superbam, vanam, turgidam, & vento inflatam. Accedit diuus Bonauentura Cardinalis, qui in libro de mystica Theologia in principio sic ait. Viç Syon lugent, eo quod non sit, qui vadat ad solennitatem: licet hoc verbum dixerit Hieremias propheta captiuitatem populi sui incessanter deplorans, tamen hoc potest speculator quisque intelligens exclamare tantam captiuitatem animarum, tantam declinationem à semitis Iustitiæ, & à via equitatis in mundo vniuerso discernens: Viæ enim dicuntur desideria amantium animarum, quibus ad Deum, & ad supernam ciuitatem Hierusalem super omnem rationem, & super intellectum etiam inhabitantes in terreno corpore subleuantur, quæ quasi lugere dicuntur eo quod non sit, qui ad tantam solennitatem aspiciat, Et quod abiecta vera sapientia, tam clerus, quam populus mundanis delitiis, vel inutilibus curiositatibus se ingerant, Sed quod multo magis est dolendum, & cordis lachrymis

Eodem
cap.
Nota.
Bonauentura.

C A P. XIX

inaccessibiliter lamentandum, & multi religiosi, multū
 & famosi viri reputati, veluti quondam populus
 Israeliticus relicto cultu Creatoris sui, manufactis
 Idolis seruierunt, sic relicta vera sapientia, qua solus
 Deus perfecte intus colitur, & à solis amantibus ado-
 ratur diuersis scientiis, & fabricationibus, multipli-
 cium argumentorum inuenticiis, quasi quibusdam,
 Idolis se miserabiliter iniecerunt: in quibus sic absor-
 betur diabolo instigante, & sic mens ipsorum in ipsis
 totaliter possidetur, vt vera sapientia in eis locum
 non inueniat. Nam in hac pessima occupatione,
 quam dedit Deus filiis hominum infelicitate, captiuat
 tur ita, vt non sit respiraculum, quo suum Creatorē
 anima per flammigeras amoris affectiones contin-
 gat. Non enim animā ad hoc creauit, vt contra suā
 generositatem multitudinē quaternorum ouinarum
 pellium impleretur, sed ad hoc, vt esset sedes sapien-
 tię, & in ipsa Rex pacificus ciuitatis supernę. scilicet Deus
 altissimus resideret. Sapiētia enim hæc, quę mystica
 Theologia dicit à Paulo apostolo est edocta, à Dio-
 nysio Areopagita suo discipulo conscripta, quę idē
 est quę extensio animi ad Deū per amoris desiderium,
 quantum distat ortus ab occidente omnem creatā
 scientiam incōparabiliter præcedens. Nam alias
 scientias mundi doctores edocent, sed de hac à so-
 lo Deo immediate non à mortali homine spiritus
 edocetur. Ista diuinis illuminationibus, & distillatio-
 nibus cœlestibus scribitur in corde, illa vero, penna
 anseris & atramento scribitur in pelle: ista vero (di-
 cit) sufficit, nam per istam animus causam inuenit. scilicet
 Deum creatorem suum, & in ipso, qui est fons totius
 beatitudinis, immediate conquiescit. Alia vero nun-
 quam (dicit) sufficit, nam iustum est iudicium Dei, vt
 qui non curando de summa sapientia à summa ve-

ritate deuiat, veluti cæcus in tenebris inuoluat. Et sic per vana & deuia anima infatuata humanis inuentionibus insensata discurrat, vel discursa eat: Iterum ista affectum inflamat, intellectum illuminat, illa vero inuenies quâpluries cor euacuatum, & inflat, etiam quâpluries variis opinionibus, & diuersis intellectum obtenebrat. Igitur relicta humana curiositate scientiæ inutilis, argumentationum, & opinionum captiuis, religiosa anima, per amoris ascensionem ad fontem viuum desiderando ascendat, in quo solo reperiet veritatem, & hac inuenta pretiosa margarita, libentissime pro ipsa conseruanda, quæ; vel male, vel nunquam dilexit, curiosius cætera derelinquat. Sed quia hæc summa sapientia non potest ab homine edoceri, subditur, quomodo quilibet quantumcunq; laicus in schola Dei existens, hanc sapientiam ab ipso immediate recipiat, super omnem intellectum, per amoris affectum, quam nullus philosophus, nullusq; alius scholaris, secularisq; magister, nulla humana intelligentia quantumcunque studeat, apprehendit.

CItem in libro super gene. qui luminaria ecclesie intitulatur, in eiusdemq; libri sermo. decimonono quem de modo studendi in sacra scriptura, & proficiendi edidit; inter cætera sic dicit. Descendere autem ad philosophiam est magnum periculum. Isai. 8. pro eo quod abiicit populus iste aquas Syloe, quæ currunt cum silentio, & assumpsit magis rasin, & filium Romelæ &c. Non amplius reuertendū est in Ægyptum. Notandum de Hiero. qui post studium Ciceronis non habebat saporem: ideo flagellatus fuit ante Tribunal: hoc autem propter nos factum est, vt magistri cauere debeant, ne nimis com

mendent & appetentur dicta philosophorum. Ne
 hac ratione populus reuertatur in Ægyptū, vt exem-
 plo eorū dimittant aquas Syloe, in quibus est sum-
 ma perfectio, & vadant ad aquas philosophorum,
 in quibus est periculosa deceptio. Signatū fuit hoc
 in Gedeone, ybi illi, qui probati fuerant ad aquas. C.
 qui lambuerūt sicut canes, pugnaverunt & vicerūt,
 & illi, qui flexo poplite, & curuati biberunt, reuerfi
 sunt. Sed vincentibus datę sunt Tubę & Lagenę,
 ac lucernę, cum clangore buccinę, & complosione
 Lagenarum vicerunt. Isti sunt prædicatores, qui clan-
 gunt in prædicatione buccina: Lagenę sunt exem-
 pla: Lampades sunt miracula. Qui enim pro verita-
 te sunt mortui, miraculis coruscauerunt, & supera-
 uerunt hostes. Isti autem, qui bibunt lingua, & lam-
 bunt attrahendo sicut canes, qui lingua aquam hau-
 riunt: isti sunt, qui de philosophia parum sumunt:
 sed isti sunt qui flexo poplite bibunt, qui totaliter se
 ibi incuruant: & illi curuantur ad errores infinitos &
 inde fouetur fomentū erroris. Thomas Aquinas, &
 si alibi aduersetur huic nostrę sententię, super episto-
 lam tñ Pau. ad Col. scribens, & enarrans illud, vide-
 te ne quis vos seducat per philosophiā, & inanē falla-
 ciam &c. In hanc, quā defendimus, venit sententiā,
 sicut in cap. 7 huius libelli declaratum est. Ioannes
 quoq; Scotus, & si non ita expresse huic sententię
 faueat, in quarto tamen sententiarum libro dicit, ve-
 ritates nostrę fidei cæteris, & excellentiores ideo
 habendas, quod ad eas naturale mortalium lumen
 non pertingat. Et certiores, quoniam ab ea sunt ve-
 ritate, quæ nec fallere potest omnino, nec falli quo-
 fieri voluit, vt certius haberi debeat, quod diuinis
 est literis reuelatum, quàm id, quod quicunq; intel-
 lectus potest attingere lumine naturali. Post hos se-

ap. 2.

.SCO

7. 3.

1. 14

quit Ioā. Gerson, q̄ in lib. de mystica Theologia cōsideratione tertia, inquit. Si philosophia dicatur scientia omnis procedens ex experientia mystica Theologia vere erit philosophia, eruditiq; in ea quolibet aliunde idiotæ sint, philosophi recta ratione nominantur, inde Christus exultans spiritu. Confiteor tibi (inquit) pater Domine coeli, & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, ita pater, quia sic placitum est ante te, nō meritū. Vnde & sapiētia paruulis locuta est, & lex Dei paruulis dat intellectum. Dionysius in super Carthusiensis, vir magna sanctitate clarus, contemplatione sublimis, eruditione copiosus, cum interpretatur illud Pauli. Prudētia carnis mors est, prudētia autem spūs vita, & pax inquit. Dicitur prudētia carnis hoc loco, per quā homo sibi in bonis carnalibus, ac mundanis finem cōstituit, & ad talis finis adeptionē opera sua caute disponit. Hæc prudētia nō est vera prudentia, sed appellat prudētia propter apparentē similitudinē, quā habet cum vera prudentia. Vnde ait Saluator. Filii huius seculi prudētiores filiis Lucis in generatione sua sunt, de qua prudentia Iacobus inquit. Non est ista sapientia (idest prudentia) à Deo, sed terrena, animalis, & diabolica. Prudentia autem spiritus (idest vera ac specialis prudentia) dicitur quæ opera hominis conuenienter disponit in ordine ad vltimum finem. Et de hac prudentia intelligendum est (vt inquit) illud Iacobi. Quæ de sursum est sapientia primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suasibilis, bonis consentiens. Et parum infra dicit q̄ sapientia ista carnalis, mundana, ac vana, quæ diuinæ voluntati, atq; sapientiæ veræ est contraria, legi Dei non est subiecta, quia nec credit, nec agit, quæ lex diuina tradit

Ioā. Gerson.

Nota.

Matt. II.

Rom. c. 8
Dionysius.Luc. 16:
Cap. 3.

Cap. 3.

Matt. c. 11 esse credenda, siue agenda, propter quod ait Saluator. Confiteor tibi pater, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, nec enim potest (vt inquit) diuinę legi esse subiecta sapientia ista, vnum nanq; oppositorum non subiicitur alteri, sed repugnat. Item cum interpretatur illud Pauli. Non enim misit me Dominus baptizare, sed euangelizare, non in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi. (Non in sapientia verbi) exponit, id est, non in sapientia naturali, seu philosophica verbis ornata, atq; verbosa, quæ comparatione diuinæ sapientiæ potius est sapientia nominalis, quã realis. (vt non euacuetur crux Christi) exponit, id est, vt non incredibilis aut inutilis reputetur fides passionis dominicæ. Naturali enim rationi visum est impossibile, incredibile, atq; inutile, vt Deus pateretur. Ideo Apo. fidem crucis Christi non prædicauit in sapientia verbi, vel sic (iterum exponit) vt non euacuetur crux Christi, id est ne fides Christi videatur humanæ inniti rationi, & per consequens faciliter posse reprobari. Et subdit. Deniq; christiana doctrina non indiget cultu, & pompa verborum: ne videatur & humanæ subtilitatis calliditate procedere, non ex veritate. Ibi enim compositio sermonis exquiritur, vbi ipsa se veritas non cõmendat. Et cum interpretatur illud Esa. quod ab Apo. ibidẽ citatur, scilicet perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo, (perdam sapientiam sapientium) exponit, id est damnabo ego Dominus Deus sapientiam eorum, qui seipsum sapientes reputant in diuinis, videlicet in naturali notitia diuinorum, sicut philosophi. (Et prudentiam prudentium reprobabo) exponit id est, falsam prudentiam impiorum à prædicatoribus sanctis excludam, & eam

iudicio condemnabo , quia non fuit subiecta simp-
 plicitati fidei sanctæ . Et in principio cap . secundo
 hæc dicit . Descripto conuenienti modo prædica- Primæ
 tionis Euangelicæ , nunc declarat Aposto . se vsum Cor.
 fuisse hoc modo & ait : (ego cū venissem ad vos)
 o Corinthii (fratres) mei , ad prædicandum vobis
 euangelium Christi (veni) idest vos accessi atque
 affatus sum (nō in sublimitate sermonis) idest non
 verbis altis , difficilibus , & ornatis (aut sapientiæ)
 idest non in altitudine naturalis philosophiæ (an-
 nuncians vobis testimonium Christi) idest ea , quæ
 de Christo credenda sunt . De quibus habet in ps. 69
 Testimonia tua credibilia facta sunt . (non enim iu-
 dicaui) idest non estimauī nec manifestaui (me sci-
 re) quantum ad vsum scientiæ exteriorem (aliquid
 inter vos) minus capaces (nisi Iesum Christum , &
 hunc crucifixum) idest nisi ea , quæ ad humilitatem ,
 imitationem , & passionem pertinet Christi . Quia
 sublimia de diuinitate ipsius , & profunda eius myste-
 ria vobis non prædicaui . Per hoc reprehenduntur
 præsumptuosi , & scioli , qui vbiq; optant suam scien-
 tiam demonstrari , & stili decorē , ac sententiarū pro-
 funditatem proponunt , vt docti putentur . Et cum
 exponit illud , quod consequitur in eodem cap . vi-
 delicet , & sermo meus , & prædicatio mea nō in per-
 suasibilibus humanæ sapientiæ verbis , sed in osten-
 sione spiritus , vt fides vestra non sit in sapientia
 hominum , sed in virtute Dei . dicit Non fuit sermo
 meus , & prædicatio mea in argumentatione diale-
 ctica verborum decore ornata , seu persuasione hu-
 mana , quasi per talia principaliter vellem vos ad
 credendū inducere , seu fidē probare , sed fuit in ma-
 nifestatione operum spiritus sancti , & declaratione
 virtutis miraculorum , vt fides vestra non innitatur

C A P. XIX

humanæ rationi, nec putetur ab hominibus excogitata, & ficta, sed diuina potestate stabilita per certa miracula, sicq; æternæ veritati innitatur, vt fundamētum. Errant ergo (vt infertur ibidem) qui fidem naturalibus rationibus demonstrari posse affirmant. Et statim quod sequitur interpretatus videlicet sapientiā autem loquimur inter perfectos. Sapientiam vero non huius seculi, neq; principum huius seculi, qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quā prædestinauit Deus ante secula in gloriam nostram &c. sic exponit dicit. Cognitionem sublimem rerum diuinarum, profunda mysteria fidei, & ea, quæ Christi diuinitatem concernunt, quā sapientiam inter vos loqui nō possumus propter imperfectionem & incapacitatem vestram. Inter sapientes, seu capaces auditores loquimur. sapientiam vero non utiq; secularem humana ratione suffultam, neq; sapientiam fallācem, à Dæmonibus acquisitam, vel a philosophis, seu terrenis principibus, traditam, qui cum sua sapientia pereunt & damnantur, sed prædicamus diuinā sapientiam huius seculi filiis ignotam, quā pater ab æterno ordinauit ac præparauit ad hoc, vt per eam consequamur vitā gloriosam, beatitudinemq; æternam. Præterea interpretatus illud Pauli in epistola ad Coll. scilicet. Videte nequis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum Elementa huius mundi, & non secundū Christum. Inquit q̄ Apo. conat̄ Coll. cautos redde re, ne à quibusdam peruersis sese per philosophiam subuerti à fide Christi paterentur dicit (videte nequis vos decipiat per philosophiā) .i. scientiam naturalem, studio philosophorum inuentam (& inanem fallaciam) idest per argumenta sophistica quæ venduntur

dentur aliquid probare, sed non probant veraciter philosophiam inquā procedentem ac iudicantem (secundum traditionem hominum) .i. humanę rationis discursum (secundum Elementa huius mundi).i.iuxta ea,quę naturaliter apparent in rebus videlicet secundum causas naturales, & elementares, & solitum cursum rerum (& non secundum Christum) .i. deceptores isti atq; philosophi non secundum Christi doctrinam procedunt, considerando diuinę virtutis illimitatam potentiam, non determinatam ad naturalem ac solitum cursum seu ordinē rerum, sed supernaturalia, & nobis incomprehensibilia operari valentem. In quo declaratur philosophorum fatuitas, asserentiū Deum nō posse aliquid agere præter naturalem ordinē rerum, & ultra humanę rationis capacitātē. Propter quod negabāt quicquid rationē excedit, videlicet Deū incarnatū, Virginem peperisse &c. Alphonfus etiā Thostatus Episcopus Abulēsis sacre Theologię p̄fessor in cap. 4. Evangelii secundū Matth. quærens quare dicat q̄ Christus prædicabat Euāgeliū regni. Respōdēs sic inquit. Dicendū q̄ hoc faciebat, quia solum prædicanda sunt ea, quę necessaria, & vtilia sunt. Sic autē erat de Evangelio: quia ipsum est de necessitate salutis, cum in eo sit virtus Dei ad Ro. i. f. Non erubescio Evangelii virtus enim Dei est oī credēti ad salutē, & ex hoc instruuntur prædicatores q̄ nō prædicent fabulas, vel id, quod est inutile ad salutem, sed ipsum Euāg. qđ Christus prædicauit, in quo est tota salus: & sic Apo. increpat illos, qui nolunt audire in prædicationibus nisi fabulas & res curiosas. 2. ad Timo. 4. f. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, & sequitur: & à veritate quidē auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.

Cap. vigesimum, in quo recentiorum quorundam ponuntur authoritates, videlicet
 Claudii Seiffelli: Iacobi Sadoleti,
 Iacobi etiam Fabri, Erasmiq;
 & Ioan. Francisci Pici.

ET ne videantur recentiores in hac tam clara, tamq; manifesta veritate à præcedentibus doctoribus dissentire, consequenter nonnullorum hic subiiciam testimonia. Claudius nempe Seiffellus Sabaudiensis, olim Episcopus Mafsiensis, postmodum vero Archiepiscopus Taurinensis, in tractatu de triplici statu viatoris, ex tribus Lucæ capitibus, dum in tractatu secundo in secundum caput Lucæ enarrat illud Angeli ad pastores dictum. Ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, & cætera, quæ sequuntur inquit, quo admonentur exemplo qui aliorum docendorum curam susceperunt, vt in his, quæ ad salutem pertinent, q̄certissimam, atq; iudicissimam doctrinam ministrent, non autem, vt pleriq; ad suam ostentationem faciunt, sophismatibus, & exquisitæ eloquentiæ figuris audientium ingenia confundant, de quibus Apostolus dicit, Non sumus sicut plurimi adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate, sicut ex Deo, coram Deo in Christo loquimur, Et alibi, à quibus quidam aberrantes conuersi sunt in vaniloquium volentes esse legis doctores, non intelligentes, neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant, de qua re admonens idem Apostolus Timothæum scribebat, Solicite autem cura te ipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis. Prophana autem vaniloquia deuita, & ipsemet Apostolus de seipso ad Cor. scribens, sit ait, ego cum

Claudi^o
Seiffell^o.

Nota.

Secunda
Cor. 2.

Prima
Tim. pri.

Secunda
Tim. 2.

Prima
Cap. pri.

venissem ad vos veni non in sublimitate sermonis, aut sapiētię annuncians vobis testimonium Christi. Non enim iudicavi me scire aliquid, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum. Et paulo infra subdit, Et sermo meus, & prædicatio mea non in persuasibilibus humanę sapientię verbis, Sed in ostensione Spiritus, & virtutis. Et paulo post sequitur, Quæ & loquimur non in doctis humanę sapientię verbis, sed in doctrina Spiritus, spiritualibus, spiritualia comparantes. Et hoc quidem modo loquendum est de diuina philosophia cum eius studiosis, & qui cum humilitate, et pio desiderio illam audire gestiunt, vt. i. sibiipsis primum, dehinc cæteris proficiant. Accedit Iacobus Sadoletus Episcopus Carpentora: Hic in primo libro commentariorum in epistolam ad Romanos, non longe à principio, sic inquit. Humilitatis quidem hoc primum, & præcipuum donum est, quod diuinarum notitiam rerum absque ea habere non possumus. Credere enim est necesse eum, qui ad eas velit intelligentia penetrare. At nemo id facile agit, qui sit sibiipse confidens. Porro ceterę artes, & scientiæ istud ipsum postulant, vt qui ad eas ingressurus sit, callido is sit ingenio, atque magno, nulli que rei facile assentiat, sed certam rationem in omnibus, argumentationemque requirat. Nostra vero hæc (quæ sola veram in se continet sapientię facultatem) sacrarum rerum, literarumque cognitio, tam etsi ea summis, atque altissimis diuinorum consiliorum mysteriis referata est, nullis tamen ingeniis, nisi credulis, atque simplicibus percipiendam se præbet, genereque nouo instituendi, & docendi, prius persuasos vult esse sectatores sui, quàm aliquid illis ipsa persuadeat, prius vt credant, quàm doceantur, prius vt ament,

Nota.

Iacobus
Sadoletus

Nota.

Nota.

Nota.

quàm nouerint, planè quid illud sit, quæ ante omnia illis est amandum. Eadem quoque elatos animos, & appetens gloriæ in primis aspernat, & repellit. A stultitiam, audaciam, confidentiam ne intuetur quidem: Simplicitatem amat, huic sese dat, hanc benignissime complectitur, humilitatē ipsam, & puros, credulosque bonarum mentium cogitatus, adhibet libenter ad secreta sapientiæ suæ, omnesque illis thesauros suos ostendit, atque offert. Ad quos, qui illo fidei, & humilitatis aditu intrare meruerunt, o semper illam quidem eximiam, ac præstantem, sed nunc in hac ratione benigne faciendi singularē profectò, & inauditam Dei beneuolentiā erga nos, ac vere in omni genere infinitam bonitatem, quantum illic cœlestiū diuitiarum atque opum? Quantum ad explendos animos lætitiæ, summæque iucunditatis abū dat, & affluit?

Nota.

Vt cætera tunc omnia pro nihilo sunt, ut quæ ad humanam pertinent sapientiā, leuia cuncta, inaniæque ducuntur? Iacent tum reliquæ artes omnes, ac scientiæ, atque hæc vna in pretio sola est, vna contentos animos facit, cōpotesque summi gaudii, & omnium bonorum copia redundantes, quam tamen (ut diximus) assequi nemo potest, qui non per fidei laqueam, ab ipsa humilitate animi fuerit intromissus.

Nota.

Iacobus
Faber.

Cap. 21.

Iacobus etiam Faber Stapulensis in cōmentariis in epistolam Pau. ad Col. enarrans illud. Hoc autem dico, ut nullus vos paralogizet in persuasione eloquentiæ &c. dicit paralogizare dialecticis vocabulū notū est, & est perperam ratiocinari, obliquisque, & tortuosis rationibus, & (ut sic dicam) cornutis syllogismis non re uera existentibus, sed apparentibus circumuenire à veritate detorquere, & quantum fallacia potest, illi afferre calūniam. Tortuosas serpens obliquis spiris, septilinguis, paralogismos effiat, & est

Sophistarum pater. Septiformis autem Spiritus sanctus septem riuis supernæ gratiæ ad suos deriuat ueritatem, & est pater ueracium, radicat, ædificat, firmat, gratiarum actione in cordibus suorum locat. Diabolus autem, & qui arti eius studet, contra euellunt, destruunt, inaniunt, & elatos ingratosque efficiunt, Spiritus sancti donis priuant, & inuenta hominum aut sæpe (quod miserabilius est) demonum, præponunt doctrinæ cœlesti, & hanc ignorantie sentinam mentito nomine philosophiam appellant, quæ non est philosophia, sed ut exponit Pau. inanis fallacia. Nam uera philosophia à cœlesti sapientia, quæ Christus est, lucem capit, & in illam reflectitur ut lux, quæ à sole venit, reflectitur in solē. Item exponens illud epistolæ primæ ad Timotheum, dum uenio attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ &c. Inquit, quinta doctrina, etsi Timotheo, quoquo pacto peculiaris uideatur, uniuersalis etiam ex ea intelligi potest, quæ sit hæc, diuinæ lectioni, exhortationi, doctrinæ intendere debemus, donum Dei, quocumque nobis datum est, non negligere, in illis immorari. Nam hoc facientes, nos ad Dei salutem adaptamus, & eos identidem quibuscumque uersamur, & nos audiunt, ad salutis portum conducimus. Non iubet nos impure intendere lectioni (procul absit Plautus, Terentius, Martialis, Tibullus, aut Tenerorum lusor amorum, aut reuera potius illusor animorum) sed sancte: sacrum peractus est, cui sancta inscripseris euangelia, cui castam Pauli doctrinam, & quicquid doctrinæ non aduersatur Spiritus, si alium ex sancta lectione non sufficis exhortari, exhortare te ipsum. Si non sufficis alium docere, doce te ipsum, donum Dei non negligere, nullus est, qui non dono aliquo muneret, quod qui negligit, datorem spernere uidetur, & hoc ipso se

Nota.

Cap. 4.

Nota.

donis aliis constituit indignum. Deside. Quodque
 Desi. Era. Erasmus Roteromagus in paraphrasi in Euangelium Mat-
 Cap. 11. thei enarrans illud Christi dictum confiteor tibi pater
 Domine cœli & terrę &c. Ita ait. Gratias ago tibi
 pater, qui Dominus es cœli ac terrę, cuiusq; sapien-
 tia reguntur vniuersa, quid hanc cœlestem philoso-
 phiam, cœlesti sapientię, prudentięq; mundanę, per
 suasione turgidos, elatosq; & eam aperuisti pusillis,
 humilibus, & iuxta mûdi æstimationem stultis. Pro-
 fecto sic est pater, quia sic visum est tuę benignitati,
 quo doceres tibi non placere feroces, & suę iustitię,
 suęq; prudentię fidentes, & eos esse magnos apud
 te, ob simplicitatem fidei, quos mundus habet pro
 stultis, & abiectis. Sic placitum tuo diuino consilio
 damnare sapientiam humanam, & per humilitatem
 Euangelicę doctrinę bonos ad te pertrahere. Ac
 mox versus ad circumstantes: Horum, inquit, omniũ
 bonorum pater est author, à quo mihi tradita sunt
 omnia: illum, meq; nosse vera felicitas est. Sed non
 insinuat sese, nisi placidis, ac modestis animis. Hęc
 arcana quędã est, & mûdo incognita philosophia.
 Nemo nouit filium nisi pater, nemo nouit patrem nisi
 filius, & cui voluerit filius patefacere, nõ patefacit aut
 superbis, & elatis. Nihil agit doctrina, nihil agunt
 miracula, nisi secretus accesserit afflatus. Sed hoc nõ
 dignamur nisi eos, qui profus diffisi suis prædijs
 totos sese credunt bonitati diuinę, qui sibi videntur
 sapientes, indigni sunt hac sapientia. Qui sibi vidẽ-
 tur diuites, non admittuntur ad has opes. Qui sibi
 videntur nobiles ac potentes, nõ recipiunt ad hęc adi-
 ta. Qui sibi videntur iusti, non sunt capaces iustitię
 diuinę. Itẽ in paraphrasi in Euangelium Marci, & enar-
 Cap. 9.rans illud, ois enim igne saliet, & omnis victima sa-
 le saliet &c. dicit, Totũ se diuinę voluntati dedat, &

consecrēt oportet, q̄ velit esse idoneus administra-
 tor Euāgelicę doctrinę, vt nec vllis persecutiōnū et
 toribus, nec vllis carnaliū affectuū illecebris corru-
 ptus deflectat à sinceritate veritatis Euāgelicę. Quę Nota.
 admodū enim nulla victima iuxta Moſis præscriptū
 legitima est, nisi q̄ vel igni sale, vel sale, vel vtroq̄;
 ita quisquis Euāgelicā philosophiā volet profites-
 ri, necesse est, vt igni purget̄ ab omnibus humanis
 affectibus, & sale condidatur, ne possit corrupti ma-
 lorum contagio. Diluta, & insipida est huius mundi
 sapientia, nec seruat hominem ab huius mundi cor-
 ruptione, nec alios seruare potest. Atqui vtrūq̄; præ-
 stare oportet doctōrē Euāgelicum, vt ipse sit incor-
 ruptus, & ab aliis eximat corruptelam. Non præstat
 hoc philosophorum sapientia, nō phariseę doctri-
 na, sed sola philosophia Euāgelica, quę veritatis acri-
 monia emordet, & consumit quicquid in homine
 est obnoxium corruptioni, idem afficit ignis ille di-
 uini Spiritus, cōsumens, ac repurgans ex animis oēs
 carnales affectus, & quodammodo transformant in
 Deum quicquid corrumpit, vt qui prius affixi fuerant
 curis rerum terrenarum, nunc his contemptis rapiā-
 tur ad celestia. Hoc sale quisquis conditus est, non
 potent vllis illecebris corrupti à sinceritate Spiritus
 Euāgelici: Hoc igni qui purgatus est, contem-
 net quicquid intentare potest persecutor. Nihil me-
 lius igni si quis recte vtatur, nihil vtilius sale. Item
 in paraphrasi in primam epistolam ad Timotheū
 enarrans illud oportet Episcopum irreprehensibi-
 lem esse &c. Inter cętera dicit. Verum vt has Cap. 9.
 virtutes habet cum plerisq̄; communes, ita illud in
 Episcopo peculiariter spectandum est, vt appositus, Nota.
 promptusq̄; sit addocendum nō fabulas Iudaicas,
 aut superciliosam, turgidamq̄; mundi huius philoso-

Sanctes
pagnin?

phiam, sed ea, quæ nos vere pios, vereq; reddant christianos. Sanctes præterea Pagninus Lucen. Præ. ordi. sacræ Theologiæ doctor, concionatorq; Apostolicus in suæ vtriusq; instrumenti editionis prologo inquit. Paulus ille vas electionis, cum alias, tum in epistola ad Timotheum, sacras, arcanasq; literas magnis effert præconiis, & Deum opt. max. habeat authorem, & nihil atq; ac sacræ literæ ad bene, beatq; viuendum, conducant, & vniuersos refellat errores, & perfectos suos reddat auditores, & ad omne opus bonū paratos ac instructos. At tu inquit persistito in iis, quæ didicisti, & quæ tibi credita sunt, sciēs à quo didiceris, & quòd à puero sacras literas noueris, quæ te possunt eruditum reddere ad salutem, per fidem, quæ est in Christo Iesu: nam omnis scriptura diuinitus inspirata, & utilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem, quæ est in iustitia, vt integer sit Dei homo, ad omne opus bonum apparatus. porro quid emolumenti, quid ue utilitatis habeat diuersa doctrina in altera ad eundem epistola his consequitur, & explicat verbis. Siquis diuersam sequitur doctrinam, & non accedit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ, iis inflatus est, nihil sciens, Sed insaniens circa quæstiones, ac disputationum pugnas, ex quibus nascitur inuidia, contentio, maledicentia, suspiciones malæ, superuacaneæ conflictationes hominum mente corruptorum, & à quibus adempta est veritas, qui existimant quæstum esse pietatē. Hæc Pauli verba si toto pectore, totisq; animis, nostri expenderent, pensitentq; Theologi, ac sermonis diuini præcones humanarumq; literarum professores, qui sacras negligunt literas, agnoscerent suam sapientiam non è su

pernīs descendere, Sed terrenam, animale[m], ac Deo
 moniacam esse. Nam quæ è supernis est sapientia pri
 mum quidem (vt Diuus prodidit Iacobus) casta est,
 deinde pacifica, modesta, tractabilis, plena misericor
 dia & fructibus bonis, absq; diuinatione, sine si
 mulatione, agnoscerent fastidita Dei pura, simplici
 germana q; sapientia, inanibus sophisticis; non esse
 vacandum quæstiunculis, nec in tot argutiis, con
 gressibus, disputationibus inextricabilibus ætatem
 esse conterendam, contemptis iis, quæ operæpretiū
 est discere, docereq;. Quippe nimium altercādo ve
 ritas amittitur, circa veritatem aberratur, collatio in
 ter Dei seruos esse debet, non altercatio. Sunt enim
 ineruditæ quæstiones, quas eiicere, & aspernari mo
 net Apostolus. Stultas inquit, & ineruditæ quæstio
 nes respue, sciens eas parere pugnas. Et rursus. Hæc
 admone contestans corā Domino, ne verborum
 pugnas sequantur, ad nullam vtilitatem, ad subuer
 sionem audiētium, ceterum prophanas vocum ina
 nitates præmittito. Ad maiorem enim proficiunt
 impietatem crescentibus videlicet in dies ambitiosis
 contentionibus. Quippe quo magis admittuntur,
 hoc magis serpunt, atq; succrescunt. Et tamen iis
 studiis, quæ humana prodidit industria ardenti ani
 mo mortales incumbunt, pro his digladiantur, sin
 gula in his disquirunt, excutiunt, rimantur, iterum,
 atq; iterum relegunt, exosculantur, amplectuntur.
 Attollit studii suum quisq; authorē, & emori citius
 exoptat q̄ authoris sui patrociniū deserat. Platonis
 cos, Pythagoricos, Academicos, Stoicos, Cinicos,
 Peripateticos, Auerroistas, Thomistas, Scotistas, se
 esse iactāt, illorumq; dogmata penitus habēt cogni
 ta, memoriter tenent, de instātibus, de relationibus,
 de quidditatibus, ac formalitatibus disputant. Hæc

C A P . X X

solum studia, erudita, subtilia, ac seraphica arbitran-
 tur. At sacrę literę vnicū habent authorem, docto-
 remq; Deum patrem, qui nec falli, nec fallere potest,
 (sunt enim diuinitus inspiratę) & vnicū eius, ac
 consubstantialē filium, qui eius est sapiētia (quē
 ille præcipit, vt audiamus. Hic est inquit filius meus
 dilectus, in quo mihi complacitū est, ipsum audite)
 & vnicū paracletum Spiritum sanctum, qui sugge-
 rit omnia, cuius vñctio docet nos omnia, quę ad
 verā conducunt felicitatem. Non enim, inquit apo-
 stolorum princeps doctas (aut arte compositas) fa-
 bulas secuti notam vobis fecimus Domini nostri Ie-
 su Christi potentiam, & aduentū, sed qui oculis nos-
 tris aspeximus illius maiestatem. Acceperat enim à
 Deo patre honorem, & gloriam, voce ad ipsum de-
 lata huiusmodi à magnifica gloria. Hic est ille filius
 meus dilectus, in quo mihi complacitū est. Et hanc
 vocem nos audiuimus è cœlo delatam, cum esse-
 mus vnà cum illo in monte sancto, & habemus fir-
 miorem propheticum sermonem, cui dum attendi-
 tis, ceu lucernę, apparenti in obscuro loco, recte faci-
 tis, donec dies illucescat, & lucifer exorietur in cor-
 dibus vestris, si illud prius noueritis, q̄ omnis pro-
 phetica scriptura non sit privatę interpretationis.
 Non enim volūtate humana allata est olim prophe-
 tia, sed à Spiritu sancto impulsi locuti sunt sancti
 Dei homines. Tantum ergo sacrę præstant literę
 iis, quę humano proueniunt ingenio, quātum Deus
 præstat homini, filius Dei filio hominis, Spiritus Dei
 spiritui hominis. Hęc vna, solaq; arcana scriptura
 semper vera, in cunctis vera, nullos in se continet er-
 rores, Recti sunt sermones eius, non est in eis prauū
 quid, neq; puersum q̄ eius author Deus ipse sit pri-
 ma, puraq; ac sincera veritas, & eius filius, Spiritusq;

sanctus, vna, eademq; sit veritas, ceterę omnes disci-
plinę, & vniuersę scientię, multis resperę sunt erro-
ribus, q̄ earum authores hoies extiterint. At omnis
homo mędax. Et quibusdam interpositis hæc, quę
sequuntur dicit. de felicitate maxima fuit inter phi-
losophos contentio, & de virtute controuersia. Sed
arcanę literę cętra omnę controuersiam, qui sit finis
humanę vitę, q̄bus rebus pareę, edocent. Habetis in-
quiūt, fructū ūsum in sanctificatione, finē vero vitę
ęternā, & si vis ad vitę ingredi, serua mędata: Quid
autē sit vita ęterna, paucis cōsequunt, & exprimunt
verbis. Hęc est, inquit, vita ęterna, vt cognoscant
te solū verum Deū, & quē misisti Iesum Christū. hoc
ignorauit Eudoxus, hoc nesciuit Aristippus, Epicu-
rus, atq; Democritus, hoc haudquā nouit Plato, aut
sciuit Arist. à quo tñ totius vitę rō, pendet, quo igno-
rato velut in tenebris cęcutientes nō tam per callē
aliquē prospectum, quā per oblatam semitā, fortuito
ambulamus. Et post pauca hæc etiam dicit. Sacrę li-
terę veluti lucerna sunt pedibus nostris, ne offenda-
mus ad lapidē, & lumen sunt semitis nostris, ne per
tenebras impiorę vias, veluti cęcutiētes ambulemus.
Ignita sunt eazę eloquia ceu lampades ignis, atq; flā-
marū. Ignitū, inquit Psaltes, eloquiū tuum, & seruus
tuus dilexit illud. Audite quęso, & ipm quoq; oīum
Deū per Irmeiah, pphetā dicentē. Halocoh deuari-
ca es, neum adonai vchepatthis iephosens salah. i.
Nonne verbū meū est veluti ignis, & tanq̄ malleus
cōterens petrā? Veluti palea sunt philosophorę ver-
ba. At Dei verbū vt purū triticū cibus est hominum, il-
la iumentorū. Et qd paleis ad triticū ait Dñs? Porco

Nota.

castum, septiesq; purgatum. Purgatum aurum, diuina sunt eloquia, illa non protegunt, sed inermes reddunt homines, ac omni spe permanentis vitæ, suos exuunt sequaces: At Dei verba vt scutū sunt omnibus sperantibus in eis, & veluti gladius, quo noster extruditur hostis. Illa mentes auertunt à Deo, qui est omnium principium ac finis, in quo solo vera consistit hominum felicitas, & summū bonum, sed Dei verba animos etiam impulsissimos ad Deum conuertunt, & insipientes breui efficiunt sapientissimos, Illa è cœnosis hauriuntur riuulis, ac lacubus, hæc è purissimo scaturiunt fonte diuini pectoris. Illa q̄ a vanissimis emanarint hominibus, vanitatis sunt folia, hæc à summa veritate profecta, folia sunt ad sanitatē gentium. Illa mentibus hominum sunt in frugifera, immo plurimum officiant, hæc veluti bonum semen in terram bonam satum, fructum reddunt, trigecuplum, sexagecuplum, ac centecuplum. Complura de rerum natura, de rerum principiis differunt philosophi, sed nulla profus ratioe fixa, stabilia, immobiliaq;. Et aliquantulum inferius hæc quoq; subdit. Audiamus autem veritatis verba, non ab humana sapientia, sed à Spiritus sancti vera doctrina plata, quæ non ab auditoribus laudem, atq; plausum expetunt, sed eorum, qui docētur salutem affectant, quæ est cordibus nostris omnes amouent errores. In iis perfecta reperitur theologia, vaticinia venturi Christi, futuri iudicii terror, resurrectionis spes, gloriæ promissio, iustitiæ seueritas, prudentiæ documenta, fortitudinis robur, modestiæ decus, atq; ornamentum, pœnitentiæ modus, patientiæ remedia, & quicquid demum possis excogitare, beati qui hæc Dei scrutantur testimonia, da Deus optime, vt non nihil emolumēti ex tuis capiā literis. Non enim de

Nota.

Nota.

fidero vulgaria ista ac passim obuia, videlicet opes,
 multam auti vim, vtq; viris imperē, atq; multa possi
 deam mancipia, vestes splendidas ac delicatas, tum
 argentum & ebur, breuiter siquid est præterea rerū
 pretiosarum, non potando quàm maxime hilaresce
 re, opipare coenare, vociferari sæpius ὦσε ἐπίωμεν.
 Ergo bibamus, ludere, certare tesseriis, suffragiis crea
 re reges, famulos in conuiuium adhibere, lasciuo
 corporis motu saltitare, non modulatus alio cane
 re in conuiuio, non demum senex repuerascere. At
 qui istis nihil mihi est opus Deus optime maxime
 ad bene, beateq; viuendum, quippe impiis, ac sce
 lestis hominibus sunt communia. Porro quid pos
 tissimum cupio, quid abste postulo? Nempe vt te
 agnoscam, agnitum diligam, amem, colam, amato
 demum fruar, quod vt allequar opus est sacris liti
 ris. At non omnes ἐπακοῦσαι τῶν σου λόγων ἄξιον ἡς
 sint mei lusus, meæ voluptates, meæ oblectationes,
 meæ cantiones, vt cum psalmographo dicere va
 leam simiroth haiuli chucche cha bebeth megurai
 idest cationes mihi fuerūt præcepta tua in domo (aut
 loco) peregrinationum mearum. Et rursus vetho
 rathcam sahasuhai idest, & lex tua ludi mei. Et ir
 meiach vaihi deuarcali Iesason, id est, & fuit verbū
 tuum mihi in gaudium. Illis fluminum instar fluat
 suaue vinum, fons mellis, lactisq; mihi Dei eloquia,
 Dei iudicia, Dei verba sunt methuchim middehas,
 venonseth supim, idest dulciora melle, & fauo fauo
 rum, exquirant curiosi que, quanta sit, & quam ob
 causam diffeceatur, dimidiataq; fiat, cu; q; vtriq; gib
 bosâ cornuta ue videatur luna, mihi sat est lunę stel
 larumq; omnium conditorem totis complecti ani
 mis, qui numerat multitudinem stellarum, & omni
 bus eis nōmina vocat. Præstantissimos illi sibi deli

Nota.

gant philosophos sublimiloquos , & coelestium rerum peritos viros, vt perdiscāt principia nescio quæ ac fines, tum insecabilia, inania, sylvas, ideas, atq; id genus alia eis quotidie offundant , mihi sat est vnū nosse principium , ac finem verum Deum qui est α alpha & ω mega principium & finis, ex quo omnia, & per quem omnia, in quo omnia . Et post nonnulla hæc præterea subnectit. Non enim ad inanem gloriam vt ethnici, sed audientium salutem hæc omnia composuerūt, quos ab initio Deus dignatus est gratia spiritus . Siquidem hi qui sunt à Christo alieni philosophi, dicendi artifices, rhetores , ac librorum conscriptores, non quæ in commune conducit, quærentes, sed illud spectantes, vt ipsi sint in admiratione, etiam siquid vtile dixerint, hoc quoq; quæadmodum in caligine quadam sapientiæ, consueta illis occultauit obscuritas. Apostoli vero ac prophetæ omnia contra fecerunt, manifesta claraq; quæ prodiderunt, exposuerunt omnibus, veluti cōmunes orbis doctores, vt per se quisq; discere possit ea, quæ dicuntur è sola lectione. Et hoc ante pronuncians Propheta ait. Erunt omnes docti à Deo, & nō dicet quisquā proximo suo, nosce Deum, quoniā omnes noscent me à minimo ipsorum, vsq; ad maximū eorum. Et Paulus inquit . Ego fratres veni ad uos non per excellentiam sermonis, aut sapientiæ nuncians vobis mysterium Dei. Et iterum sermo meus , & prædicatio, non in persuasoriis humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtute. Et rursus . Loquimur enim sapientiā, inquit, non sæculi huius, neq; principum huius sæculi , qui corrumpuntur . Ioan. etiam Franciscus Picus Dominus Mirādulæ, in proœmio quarti libri , in Examine vanitatis doctrinæ gentiū, & veritatis christianæ disciplinæ. Qui liber primus

Ioā. Frā.
Picus.

est ex tribus aduersus doctrinā Arist. inquit, propter
 rea illud ego ab Arist. nimis amatoribus, & laudato
 ribus, q̄ nunc in ecclesia nostra viuunt, libēter impe
 trarē, vt me, qui ab Arist. multa didicisse, & viginti
 circiter annos eius volumina cōperienḁ grā veri
 tatis versasse nō diffiteor, si eius doctrinā, quasi libra
 appēsam, & diutius in examine versatā, nō id habe
 re ponderis, qđ pleriq; est. marunt asseruero, pariter
 excusent, potiusq; id amori ascribāt veritatis, & pie
 tatis cultui. Negabūt ne mihi christiani hoīes, et fra
 tres vnus religionis veræ participes id petenti, qđ
 Arist. alienigenę, & p̄phanis gentiū superstitionibus
 mācipato gratis, nulloq; intercedente cōcesserunt?
 Non potuit quidā Idolatra ferre græcā urbē inter
 quirites, nō potuit tolerare deliramēta Ægyptiæ ter
 ræ tam longe sitæ, ferā ego christianus homo inter
 christianos ipsis sub oculi, & p̄palā Christi euāgelio;
 vel p̄ferri, vel æq̄ri Aristotelica volumina? A deo ex
 culta, extimata a deo, vt nō difficulter aliquē repias,
 ex superbis literarū cultoribus, qđ Aristotelicū, qđ chri
 stianum dici non ambiat: eā enim docti, & insignis
 viri, hanc rudis, & plebei nomenclaturā autumant,
 adeo rudes, & vere profus rationis, egeni sunt, inde
 hallucinati, qđ certa omnia apud Arist. firma omnia,
 & inconculsa putent sic, vt nihil certius, nihil verita
 te fultum magis possit inueniri. Multa (nec diffi
 teor) apud Arist. eruditio, multa elegātia scriben
 di, multa etiam fortasse veritas, sed certe non parua
 vanitas, bilancem adhibe, & quid præponderet ani
 maduerte, crebro vtere, vt à grano gluma discutias,
 & ad Zephyrū paleę iactent inanes. Quid succēs?
 peto ne aliud a te, quàm qđ inde digressus meliora
 queras? Et ab humanis ad diuina, qđ si fidei, & amo
 ris alis tete subleues? An propterea toruo es aspe

Nota.

Nota.

Nota.

Nota.

Nota.

tu, & Arist. doctrinam vanam ipse appellauerim ?
 Cur non illis in primis, & magis irascaris, qui ipsum
 dixere pharmacopolam, vti ab Aristocle peripateti
 co, & ab Eusebio proditur, & ab Atheno: Cur non
 Theocrito Chio: q (vt est apud eundem Aristotele)

Cap. 13.
 Eccl. pri.
 & 2.

acrius ab eo posita græca vox sonat, *κενέφρων*, Sed &
 minus multo succensere debent, qui didicerint in li
 bro sapientiæ id vanitatis argui, cui non inest sciens
 tia Dei, & qui apud Solomonē legerint, omnia sub
 vanitate conclusa, vt hoc etiam meū studium, si qui
 sub ea reposuerint, modo ipsi proficiant, & verita
 tem agnoscant, non egre feram. Alioqui quid mihi
 quæso cum Aristotele? veritatē sequor, atq; vt alii se
 quantur exhortor. Et parum infra dicit. Nihil enim
 apud me potius fuit, quā veritas, quæ maioris apud
 omnes momenti debet esse, q̄ cætera, pro qua non
 modo contra Arist. sed contra mea opera scribere
 me paratum profiteor, si quando me deerrasse de
 prehenderent. Et paulo post inquit, Nam si laudau
 i alias, aut defendi Arist. veritate duce, non tamen
 aut religiosam, aut penitus certam, aut omnino verā

Nota.

doctrinam eius asserui, sed innui sæpenumero, &
 quandoq; etiam subsignauī, certā non esse, sed pro
 babilem, nō veram omnino, sed aliqua ex parte
 falsam, non religione fultam, sed superstitione labe
 factam, vtpote hominis, & quāquā inter gētes ma
 gni, & forte maximi, hominis tamen, & veræ lucis,
 veræ religionis ignari. Quæ omnia nunc latius expli
 caturus sum, vt qui plures ipsi hērent Arist. q̄ Euan
 gelio. Et qui in eius voluminibus euoluendis, totū
 vitæ tempus, melioribus officiis tribuendum, tāquā
 hni vltimo veritatis inueniendæ deuouerunt, poss
 ſint facilius, si voluerint respiscere, q̄q̄ excipio in
 Arist. quæpiā veritate (vti arbitror) fulta, nec aliis
 etiam

etiam ignorata philosophis, eaq; à Deo esse decerni, naturalis & largitore, & illustratore luminis, atq; aliqua non solum vera, sed longe præclarissima non ambigo, forte tamen non eius inuenta dicerem, Sed à Platone, & Pythagoreis, qui mosaica in Ægypto didicere deriuata. In calce autem libri secundi in idem examen dicit, O Dei clementiam singularem, o humanam cecitatem, o pestiferam eorum, qui se scire aliquid existimarint sine diuino lumine, arrogantiam. Vbi enim gentium philosophi, tanquam in obscuro, & illumi quodam labyrintho naturæ, sibi etiam ipsis placentes nimium, & sua in cæcitate delectati obuersarētur. Apparuit diuinitus lumen, quo pateret exitus ad coelum, indeq; demissa fila, quibus indeprehensus, & irremeabilis error innotesceret. Venit ad homines, venit ipsa veritas Christus, & Deus, & homo, omnis veritatis fons, & origo, nec prius venit, quam veritatem diu quaesitam, nec planè, & exacte compertam, ipsi gentium philosophi fateantur. Ego, inquit ille, sum via veritas, & vita. Et alibi, ego in hoc natus sum & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati. In philosophis gentium veritatis testimonium quo pacto accepissemus? quando qui inter eos præclarissimi fuerunt illam ipsam non agnouisse planè concederēt, quod enim ignorat quis, ei testimonium præbere non posse manifestum est. Errabunda igitur humanæ sapientiæ vestigia secuti philosophi, & inter sectas distracti, plures, & diuersas in opiniones quasi lancinnati, atq; discerpti, veri lumine caruerūt, & cum plenus esset ignoratione orbis vniuersus, sectæq; omnes captandæ veritatis addictæ, ad eam allucinantur, illam ipsam Christi disciplina deductis tene-

Nota.

Ioan.
cap. 14.
Ioan.
cap. 19.

bris reuelauit, ex qua duo præcipua emolumenta decerpere in vniuersum potuimus, & quod gentes aberrabant, & quæ lex diuinitus data Mofi nõ quem admodum Iudæi putabant, sed spiritualiter erat intelligenda, Quod & Euangelium, & eius enarratores luce clarius aperuerunt, & Pelagus ipsum veritatis bonis mentibus eremigandum proposuerunt. Hoc itaq; in veritatis Pelago, & querenda veritas, & colenda, quæ cum gustaueris, Deo gratias agito, Cuius in lumine, lumen videre cœpisti: Et aliis patefacito verbis Apostoli, ne sicut gentes ambulent in vanitate sensus sui. Et in quadam epistola ad prænotatum Sanctem Pagninũ scripta, & eiusdem Pagnini vtriusq; instrumenti interpretationi nouiter editæ præposita sic idẽ Ioannes Franciscus inquit. Cum mecum & nostræ ætatis, & aliquot seculorum studia reputo: multi eorum, qui literis operam, & diligentiam impenderunt comperiendę veritatis gratia, mihi planè similes eis visi sunt, qui cœtu faucēs excruciat, exposito ante ipsorum oculos aquæ fonte purissimo, aut cœnolos gurgites, aut semiturbidos canales exquirerent restinguendę siti, Duplici (nisi fallor) nomine culpandi, & quæ ea, qua pressi sunt molestia, non leuantur, & quæ frustra pluribus quærunt, quod magno emolumento paucis cõsequi possent. Nam dum per Æthnicorum philosophorum doctrinas quasi per lutulentos aquarum alueos, multis etiã circumactos meandris, meliores annos terunt, prætestu siticulosę mentis vero saturandę, magno temporis dispendio frustra sudantes, & sitim inflammantes, quæsitum eunt id, cuius compotes facile fierent, si animaduertent in vicinia positum, nõ fontem scilicet, non flumen, sed vastissimum oceanum

viua & dulcis aquæ, eundemq; & breui gyro con-
 clusum, & haustu facilem, hoc est vtrunq; sacrarum
 literarum instrumētum, Vbi quicquid ad rerum no-
 titiam eam, qua paratur felicitas, magna siti, atq; o-
 mnibus omnium mortalium expetita votis, non
 omnium tamen actionibus quæ sita, & late patet, &
 non multis laboribus apprehendi potest. Occurre-
 rent multa facillime hoc in negotio differēda, Sed
 quoniam & alias alibi hac de re scripsimus, præci-
 pueq; in libris de studio diuinæ, humanæq; philoso-
 phiæ editis intra nostræ iuuentutis exordia, & nuper
 maiore, & cura, & diligentia, & opere, vanitas do-
 ctrinæ gentium à nobis detecta est, & christianæ di-
 sciplinæ veritas celebrata, sex voluminibus sub exa-
 minis titulo publicatis, Ideo retraham vela, mecum
 tantummodo reuoluens, & præsentis, & superioris cœli,
 in prophanis voluminibus versandis & inanem, &
 nimiam curiositatem. In tractandis autem sacris, il-
 laudatum, neglectum, plenumq; dispendii. Et circa
 finem eiusdem epistolæ hæc quoq; subdit. Adde q̄
 theologorum nomen, quod à sacris literis planè
 sortiti sunt, vniuersaliter prophanare, cum eas aut
 post habent, aut plusquā pat est miscent inaniter hu-
 manis inuentis: pura enim illa à pura luce profecta,
 puris animis auide suscipiēda sunt. Marcus postre-
 mo Marulus in sui Euangelistarii libro primo vbi
 tractat de studio sanctarum lectionum, sic ait. Igitur
 ad scripturæ diuinæ studium omnes, qui perfectio-
 nis iter ingredi cupiunt, conuocamus cum Ioan. in
 apocalypsi. Qui sitit veniat, & q̄ vult, accipiat aquā
 vitæ gratis. Beati sunt qui sitiunt, & exuriunt iusti-
 tiam. Sed nisi scripturarum lectioni operam impen-
 dant, iustitiæ præceptis nequaquā saturari poterunt.

Cap. 24.

22.

Matth. 5.

Marcus

Marulus

- Nota.** Sicut autem sitientibus dulcis est potus, ita discere cupientibus diuina sapit lectio. Illi dumtaxat ad coelestem cibum nauseant, & manna fastidiant, qui in Ægyptiorum uirulentis repleti. inani gentiliū poetarum eloquio deliniti, magis fabularum fictione, quā
- Tim. 2. 4** veritatis doctrina delectant. Hi sunt, qui (ut Apostolus inquit) elegerūt sibi magistros pruriētes auribus, & ad fabulas cōuersi auditū a veritate auertunt. Nos contempta istorum stultitia, in quibus nulla solida, sapientia est, illis tantūmodo lectionibus incumbamus, quæ nobis iter, quo ad immortalitatem peruenitur, ostendunt: alioquin aquam istam vitæ, ad quam nos Ioan. apostolus inuitat, haurire non poterimus. Veteris igitur nouiq; instrumenti literas assidue perscrutemur. In his plenissime discitur, quid facere, quid vitare, quid credere, quid amare, quid sperare nos oporteat, ut cœlo digni simus, cū terrā reliquerimus. In his Deum patrem, à quo omnia: In his filium, per quem omnia: In his Spiritū sanctum, in quo omnia facta sunt, inuenies. Et hæc tria vnum Deum, vnam hypostasim esse melius credendo: intelliges, quàm intelligendo credes. Item in eodem euangelistarii libro tertio, vbi agit de scientia diuinitus tradita, & sapientis officio sic inquit. Hæc est
- Osee. pri.** scientia, quam à nobis exigit Dominus dicens. Misericordiam volui, & non sacrificium, & scientiā Dei plusquam holocaustum. Hanc ipsam autē Dei scientiam à se peti iubet, cum ait. Siquis sitit, veniat ad
- Ioan. 7.**
Ioan. 10. me & bibat. Et ego sum ostium, per me siquis introierit, saluabitur. Non est itaq; aditus ad beatitudinem, nisi per scientiā diuinitus nobis traditam. Ceteræ omnes scientiæ vanæ sunt, nemo enim per illas efficitur beatus, quiq; ipsis nititur, hominum opi

nionibus pendet, & certam vitæ viam prorsus ignorat. Quis enim nouit filium nisi pater, vel patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare? Vnde & Petro Christum confitenti idem respondit. Beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui in cœlis est. De cuius autem ut qui homini, quem formauit, beatitudinem dare decreuerat, doctrinæ quoque esset author, per quam beatitudo ipsa acquiri posset. Incassum igitur laborauerunt omnes philosophorum scholæ, omnes mundi sapientes, ut veram de Deo scientiam per se ipsi inuenirent, si non alius quàm Deus debuit illam homini monstrare, sicut & fecit &c: Præterea in libro sexto eiusdem euangelistarii, ubi ostendit quid potissime prædicandum sit, sic ait. Prædicandum autem est euangelium, danda pie viuendi præcepta, differendum de beatorum gloria quatenus fieri potest, poenarumque damnatorum, ut peccatores ad poenitentiam excitentur, iusti ad perseuerantiam. Ad apostolos ait saluator, prædicate euangelium omni creaturæ. Et de ipso met in Luca legimus, quod iter faciebat per ciuitates, & castella prædicans, & euangelizans regnum Dei. Hoc idem regnum discipulis iussit nunciare cum ait, dicite illis quia appropinquabit in vos regnum Dei. Idem in plurimis quidem euangelii locis, & tenebras commemorat, & gehennam, & tormentorum locum, & vermem immortalem, & ignem æternum. poenitentiam etiam prædicauit dicens: agite poenitentiam, & appropinquabit regnum cœlorum. De discipulis quoque dicitur. Exeuntes prædicabant, ut poenitentiam agerent. Ad eos autem, qui non indigent poenitentia, est dictum, qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit, præuaricator, non prædica-

Matt. 11.

Matt. 16.

Cap. 12.

Matt. 23.

Luc. 8.

Luc. 10.

Matt. 4.

Mar. 6.

Matt. 10.

C A P. X X

- Nota.** tor est, qui ab his discedēs aliqua superflua, & nihil profutura docet, multa se nosse ostentans. Quid autem prodest multa scire, & Deum nescire? doctor gentium Paulus, missum se dixit euangelizare, non in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi.
- Primæ Cor. pri. & sec.** Non iudicaui me (inquit) scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Vtq; doceret aliam esse sapientiam carnis, aliam spiritus, ait, sapientiam autem loquimur inter perfectos, sapientiam vero non huius seculi, neq; principum huius seculi, qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est. Idcirco sanè & Timotheo discipulo ad prædicandum destinato, formam habe (inquit) sanorum verborum, quæ à me audisti in fide & dilectione in Christo Iesu. Et ad Titum. Tu aut loquere quæ docēt sanam doctrinā.
- Cap. 2. Nota.** Non enim sana, sed languens, & infirma est doctrina, quæ pie, sanctèq; viuendi studio, nihil omnino confert. Mortifera vero, & detestabilis, quæ peruertere nititur veritatem, humanæ philosophiæ argutiis. Audi præterea, quod tibi sapientiæ antistes Solomon præcipiat dicēs: Erue eos, q ducunt ad mortem, & qui trahunt ad interitū liberare necesse est.
- Prou. 24.**

¶ Capitulum vigesimūprimum, in quo
Beati Simonis de Calsia authoritates ponuntur.

Simon de Calsia **P**ostremo beati, & venerabilis Simonis de Calsia mihi coeremite Augustiniani testimonia subiiciam. Nam etsi ipse inter veteres doctores collocari merito possit, vltimum tamen omnium in ius vocauit, tanquā eum, qui summam negocii clarissio

me concludat. Is igitur in libro de vita Domini saluatoris declarans quid sit Euangelium, cui oportet colla submittere, & sine quo alicui non est salus, inquit, Euangelium est verbi incarnati historia, diuine, humaneq; ostensa in Christo, & in Christi persona. Euangelium est verbum breuiatum, quod fecit Dominus super terram, confirmatum operibus ad faciendum, validius operibus, declaratum miraculis, velatum parabolis. Euangelium est lex æterna temporaliter promulgata, diuinæ volūtatis ostētio, reformatio deformatæ imaginis, Inuisibilium amor, visibilium sanctū odium, terror Dæmonum clausura inferni, Supernaturalis operatio, paradisi porta, angelorum actus, supercorporalium cantilena, Sanctificatio sensuum, munditia cordis, Dominium mūdi, animæ speculum, rationis luminariæ splendidissimum, Sol inuisibiliter lucens, scientia incorruptibilium, supernaturalium documentū, Testamentū virtutis, & gratiæ, hæreditas pacis, Chirographum pmissionis æternæ, pulchritudo superinducta in natura, superexcedens decor, venustas morū, mos omnium morum forma, fortitudo super naturā, temperantia extra vsum, iustitia super leges, prouidētia super homines, tempus, corpus, locum & modum, Scientia inapprehensibilis ab homine puro, apprehensibilis solum iis, qui sibiipsis renunciant, & ea, in quibus degunt, syllogistica, & sophistica disputatione non vtens, fide apprehenditur, spe tenetur, Charitate moralizatur, atque actu perficitur, In ratione non in sensibus lucet. Segregata sapientia per seipsam sufficiens, ad optimi, & perfecti comprehensionem. Et in libro de virtuosis, & pro virtute sermonibus Dñi Saluatoris exponēs illud Matthei

Cap. pri.
Esa c. 10
Et Ro. 9.

Nota.

Cap. 17.
Cap. 18.

C A P. XXI

Cónfiteor tibi pater Domine cœli, & terræ, quoniã
 abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & re-
 uelasti ea paruulis dicit, Sapientes autem quibus
 abscondita sunt, & abscondentur sacramenta Dei,
 sunt ii, quibus per prophetam dicitur, vñ qui sa-
 pientes estis in oculis vestris, & prudentes coràm
 vobismetipsis. Et per alium, sapientes sunt, vt
 faciant mala, bene autem facere nescierunt. Et apo-
 stolus, dicentes se esse sapientes stulti facti sunt, & hi
 sunt sapientes mundi, & secundum carnem, de quo-
 rum sapiëntia dicit, sapientia carnis inimica est Deo,
 legi enim Dei non est subiecta, neque enim potest.
 At etiam stulta est, sicut etiã scriptum est alibi Nŉ'ne
 Deus stultam fecit sapientiam huius mūdi? Et paulo
 post, sapientia vero huius seculi destruitur. Paruuli
 vero, quibus diuina mylteria creduntur, nŉ sunt ex
 çtate, aut mole corporis çstimandi, sed humiles in
 fide, sine curiositate credentes, captiuantes omnem
 intellectum in obsequium eius, alieni à malitia, iuxta
 sententiam Pau. Nolite pueri effici sensibus, sed ma-
 litia paruuli estote. Item in libro de vitiis, & contra
 vitia sermonibus Domini saluatoris in eo loco, in
 quo de peccato in Spiritum sanctum sermonem fa-
 cit, cum induxerit illud Esaiæ, Ascendam super alti-
 tudinem nubium, similis ero altissimo, cŉtinuo ait,
 Nubes prædicatores à rebus sublatis sunt terrenis,
 de quibus alio loco dicit scriptura. Mandabo nubi-
 bus desuper, ne pluant super eam imbrem. Altitudo
 nubiũ sublimitas est doctrinæ Christiferæ, quã, quia
 simplicitate verborum, abieçto dictamine, tegitur,
 supergredi se credunt, ac etiam, quia videntur intel-
 ligere literam, subiacere sibi putant occultam intelli-
 gentiam. Magis vero super altitudinem nubiũ attol-

Esaię. 5.
cap.

Hiere. 4.
Rom. pri

Rom. 8.

Prima
Cor. pri.

Primæ.
Cor. 14.
Cap. 23.
Cap. 14.

ps. 77.

Nota.

luntur, qui sibiipsis, non sanctis doctoribus credunt, Et maiorem arbitrantur habere intelligentiam inuestigatione doctrinæ, quàm concedatur gratiæ infusione: Et acquisitione studii: subtilitate ingenii, arte syllogizandi, inani peritia disputandi, euidentiora inuenire se credunt, quàm virtute orationis, & inspirationis diuinæ concedatur. Nubes fuerunt Apostoli, & Euangelistæ, quia altitudinem scientiæ habuerunt, atque doctrinæ, sed multi hæretici conati sunt superascendere. Multi sapientes naturales se istis fecerunt superiores: Multi etiam doctores appellati catholici nomine fuerunt (nescio si in animo extiterunt) nouitate loquendi miscendo cum supernaturali theologia naturam, cum scriptura diuina, philosophicam, historicam, & poeticam, sibiipsis superuolitare sunt visi: & quod est certum in dubium reuocantes per vtrum, Et quod est clarum, & lucidum, in turbidum, & obscurum redigentes per vtrum. Quod est sanum, infirmum facientes per vtrum. Quod iustum, prudens, modificatum, in contrarium vertentes per vtrum. Quod bonum moribus, & doctrina probatum, improbatum, comprobatum à Christo ad litem reuocantes per vtrum. Quod est sanctitatis, atque virtutis, quasi non sit, contendentes per vtrum. Quod quæstione non indiget, ad verborum controuersiam reuocauere per vtrum. Si filius Dei necessario carnem assumpsit: Si de Virgine absque semine incorrupta lege naturæ concipi, & nasci potuit volentes inuenire per vtrum. Siqua fecit, si decenter fecit, nitentes declarare per vtrum. Si mandata, sacramenta sunt necessaria, quomodo sunt possibilis, ad quid expediētia, quare tot, & non plura, semper retractantes per vtrum. Ferè omnem scripturæ punctum, committē.

C A P. XXI

res ad vtrum . Quod humana ratione nunquā potuit, aut poterit inueniri comprehendere fatagentes per vtrum. Simples mentes fidelium peruertentes per vtrum. Et syllogistica forma vtētes videntur nescire loqui, nisi per vtrum . Puram & simplicem , & necessariam scripturæ scientiam, non habentes ad diditis syllogismis quæritunt apparere per vtrum. Cum comprehenduntur à sanioribus, & clarioribus, scutū syllogismum, & peltam faciunt vtrum. Et intantum super altitudinem nubium se leuauerūt, vt modum loquendi prophetarum, Christi, & Apostolorum, & virorum , & sanctorum doctorum correxerint per syllogismos, & Tomos, quasi pulchrior, & aptior, fit modus loquēdi philosophicus, & Aristotelicus, syllogisticus, & dialecticus, Topicus, & Elēchicus, rhetoricus atq; satyricus, quā ille, quem docuit, tenuit, edidit, & per prophetas sanctos apostolos approbatos, dedit pater, & filius, & spiritus sanctus.

Nota.

Nota.

Et intantum exorbitauerunt naturales hominum mentes, vt super altitudinem nubium se sustollant dicentes, atq; credentes, q̄ theologica non possunt apprehendi, nisi cæco Aristotele duce, & viam præbente orbato Platone, atq; cæteris p̄euntibus philosophis, veris priuatis luminibus, solum innitentibus, baculis scientiæ naturalis, quasi velint asserere, q̄ in docendo, & discendo superuolitet scientia naturalis. De quibus scriptura dicit vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei, & de iis, quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum, qui est, neq; operibus attendentes, agnouerunt quis esset artifex . Proinde alia scriptura dicit, credentes se esse sapientes stulti facti sunt . Sed benedictus Deus Dominus, qui illuxit nobis, & posuit nuæ

Cap. 13.

Rom. pr.

bem ascensum suum, & ascendit super Cherubin,
 atq; sedit, & nubes suscepit eum in coelo, & in nubi-
 bus coeli veniet, ad quas sola fides humilis, atq; sim-
 plex, oratio deuota, meditatio sancta, appropinqua-
 bit humiliter, non superascendet arroganter, super
 quarum altitudinem credunt ascendere Spiritui san-
 cto contumeliam facientes, volentes aliter assimila-
 ri altissimo per superbiam, quam deceat, non reti-
 nentes similitudinem suam, quam ab ipso in crea-
 tione suscepimus, quæ reformata est in nobis, quan-
 do redempti sumus. Quomodo igitur, qui sic in cor-
 de verbum dicunt contra Spiritum sanctum, remis-
 sionem hic, & in futuro recipient peccatorum, nisi
 humiliter sine curiositate subdantur simplicitati vi-
 tæ, & doctrinæ, quæ est in Christo Iesu Domino no-
 stro semper? Amplius in eodem libro, dum expos-
 nit allegoria illud Lucæ de filio prodigo, & dissi-
 pauit substantiam suam cum meretricibus viuendo
 luxuriose dicit, sed quæ sunt istæ meretrices, cū qui-
 bus se homo contaminat, & membra Christi facit
 membra meretricis? Si de carnali coniunctione agi-
 tur corporum, notus est sermo, sed aliæ meretrices
 sunt, quæ mercedem accipiunt (nam à merendo sic
 appellatæ sunt) quæ omnem nostram substantiam
 à Deo nobis datam exhauriunt, & de nostris mar-
 suppiis numos extrahunt, quos accepimus ad per-
 agendum iter in coelum. Sed alius male peregre in-
 cidit in latrones, iste in meretrices, quæ sunt seculares,
 scientiæ philosophicæ, quæ ipsarum amenitate mulcentes
 animum multos deuiare fecerunt à tramite verita-
 tis, & inter mammillas syllogisticæ formæ naturalis
 doctrinæ, quæ videntur lac propinare dulcedinis,

Nota.

Cap. 40.

Cap. 15.

Luc. 10.

Nota.

C A P . X X I

retinuerunt multos suis constrictos amplexibus, vt diuina mysteria in opere creationis, atq; nostræ redemptionis acta, non crederent, aut de ipsis minus, quàm deuote sentirent, & paucis quibusdam interpotis subdit, sed vide quid scriptura sacra contra huiuscemodi meretricios usus differat. Prohibebatur in veteri testamento, ne aliquis Sacerdos duceret scortum in vxorem, & summus sacerdos similiter prohibebatur, sed virginē de populo suo. Christianus sum, in fide loquor, à Spiritu sancto accepta licentia, qui docet omnē veritatem literalē, allegoricā, & moralē, dico neq; summū pontificē, neq; cæteros debere dare operam philosophiæ, aut artibus. Neminē ex eis vidi, aut audiui aliquando ad fidem conuersum. Ecclesiā Dei non vidi ex hoc in aliquo tutam, & quo magis per rationes naturales se vellet tueri, aut quēpiam prouocare ad fidem, eo amplius minueretur fidei fortitudo. Legi historias ab intransite Christo Ecclesiam quot & quot legere potui, legi conciliorum acta, & legi adesse philosophos, legi passionem certatorum, & certantium pro fide in tormentis, pœnis, exiliis per sanguinem, & mortem, & non reperi repugnasse aduersarios per philosophicas rationes, non comperi adduxisse aliquem ad fidem per syllogismos, & quæstiones. Legi disputantes doctores, confessores, Cœnobitas, Anachoretas, & nihil in eis pro eis, & pro aliis vtile reperitur per inanem philosophiam. Immo quotquot ista scientia fuerunt imbuti christianitatis titulū cognoscentes libellum huic meretrici dedere repudii accipientes vxorem virginem de populo sancto Dei, scilicet fidelem scientiam, non corruptam sophismatibus, atq; garrulitatibus dialecticorum, nō astralibus

Nota.

Nota.

decretis infectam, nō contētionibus seruientem, de creatione mundi, de potentia Dei, de sapientia Dei, de bonitate Dei, de prouidentia Dei, etiam vsq; ad minima nostra, contra eos philosophos, qui intellectum dicunt diuinum vilescere, si hæc minima prouideret, sed omnia humiliter adorantem, & venerantem. Populus enim Dei populus est virtutū, de quo accipienda est sacerdoti vxor. Sed meretrix Hierichontina secessit in populum Dei, & facta est vxor vnus principis tribunalis: Sed non iam meretrix scientia illa, sed tota coaptata, virtuti, tota conuersa, in populū virtuosum, vt etiam filios generet in spiritali genealogia saluatoris. Nec pro tanto dicimus legitimum christianum debere dare operā huiuscemodi scientiis, si nō dedit. Gentilium enim sunt, nō christianorum, sed si sciuit ad sanctitatem, & virtutem couertere siqua nouit. Forte in his, quæ dicturus aduenio, aut ad turbationē, aut in admirationem legentem inducam. iuuenis fui aliquali dotatus ingenio, intendebam his scientiis, sicut coæta nei mei credens ex his placere altissimo, atq; sic debere perfecta vita peragi. Cum vero omnes collegas meos viderem in hanc tenebrosam voraginem profilite, accidit quodam die in meis tenebris annis, me ferente omnes ferè libros naturales sub chlamyde, vt summa diligentia repeterem, quæ audieram à doctore, & cum interrogaret me, qui creditus ab omnibus sanctę vitæ dicens, quid est hoc quod defers frater? libros naturales me ferre respondi. At ille. Non est hæc vita tua, neq; vocatio tua, nec virorum christianorum intendere naturæ, sed gratiæ. Verbis quoq; completis tanta celeritate mutatū est cor meum, vt si voluissē, nō potuissē aperire cor

Iosue .6.

Nota.

dices naturales, nec etiã ex iussu aliquid ex eis me-
 moriẽ commendare, atq; quod magis mirandum
 erat, porta intelligentiẽ claudebatur, disponẽte Deo
 ad Theologica me conuerti, illis oino dimissis, in
 quibus frustra sudaueram, atq; disposueram desu-
 dare, & aliqua luce veritatis perfusus, puro & claro
 animo intellexi meretrices esse inuisibilis animi o-
 mnes istas scientias, animam in deuotam, & volan-
 tem per aera constituentes, & denegantes suis peri-
 tis viam humilitatis in fide, atq; in moribus semper.
 Vidi etiam secreto mentis intuitu in eis recuruatũ
 omnino etiam inuite orare volentem, & quod hor-
 rendum est, gratiẽ initiũ deficiebat in natura, & geo-
 metrizabat corporum quantitatem, qui sibi viuunt in
 mensuratus, & astra, & ipforum orbes, & orbiculos,
 & reuolutionem reuoluebat in animo, dum sespon-
 deret altissimo supplicare. Neminem audiui, nec
 vidi deuote, atq; humiliter intendentem ad euange-
 llii veritatem talibus merentibus sedulo implicatum,
 nisi repudio mancipauerit. Proculdubio plerunq;
 à Deo faciunt animam fornicari, sed dicit scriptura,
 perdidisti omnes, qui fornicantur abste & c. Barba-
 rus sum omnibus, qui horum, quæ dicuntur, intrin-
 secam experientiam nõ viderunt, & appello fatuus
 à talibus scientiis fascinat, sed veritatem nouit al-
 tissimus, & ipsi videbũt eam, cũ dure fuerint exacti,
 quod talibus vanitatibus se dederunt. Incompre-
 hensibilis nisi per fidem est veritas, quæ liberat nos
 ab omni maligno. Turbabuntur à facie intima ve-
 ritatis, quæ non explicatur lingua, nec videtur ocu-
 lo naturali, qui hæc audierint, sed auferetur ab eis
 spiritus intelligentiæ ipforum, & deficient corãm
 ipsa, & conuertentur in puluerem terrenorum ra-

Nota.

ps. 72.

piendum à vento vanitatis, vt ventus tempeſtatis,
 & turbinis ventilet in æternū. Inſurgent vultu pro
 caci, melius eſt ſic intendere, quā vagari, tali alligari
 ſtudio, quā prodire in publicum, & à venuſtis aſpe
 ctibus illici, & à variis delectationibus capi. Auda
 cter affirmem nihil eſſe bonum comparatione peio
 ris, immo ſtrictius dixerim nihil eſt bonum, quod
 comparatur bonitate carenti. Comparatio enim bo
 nitatis, in vtraq; parte aſſertit bonitatem. Reſculpo
 in meipſum forte, quod verba hæc aliorum verbis
 retunderentur, & validiores rationes his rationibus
 redderentur. Quidni? Amplius autem Et quod ſcri
 ptura recompingitur à ſcriptura: valeat vt;q; quod
 profertur: Sed o vtinam inuenirem, aut inueniſſem **Nota.**
 mecum catholice contendentem ex ſcripto firma
 to non variabili, aut nugaci verbo, quod aut per
 rationes fidei cogere negare fidem, aut remoue
 rem ab artibus, & philoſophis verbuloſis. Vt autem
 contra has meretrices quadam appellatione con
 cludam: perfectionis quoſlibet profellores, præua
 ricatores, relaxatos, impuros aſſero, ſi cum his me
 retricibus affectu, & intellectu, atq; iugi ſtudio cōta
 bernāt, nec profeſſioni opera perfectionis adiciāt.
 Plus autē in talibus damnosa experientia, quā mea
 querimonia clamat. Oportet omnino perfectioni le
 ctionis, & orationis intēdere eū, qui perfectionē pro
 miſit, & aliis quibuſcūq; poterit ipſam firmare operi
 bus iuſtis, atq; perfectis. Qui autē dixerunt, & dicunt
 verā Theologiā non poſſe conſcēdere, niſi per iſtā **Nota.**
 ſcientiā, ſimilis facti ſunt ædicatoribus turris Ba
 bel, qui per altitudinem turris credebant in ſuperna
 conſcēdere. Præterea in p̄dicto libro de virtuoſis, &
 p̄ virtute ſermonibus Dñi ſaluatoris exponens idē

Cap. 10. Simon illud Matthçi. Cum tradent vos, nolite cogitare, quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini, non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis, sic dicit. Ineruditi erant Apostoli terrenis, & humanis documentis: ex seipsis ad respondendum sufficientiã non habentes, si quærerentur in aliquo, nec ad suadendum sanam doctrinam sapientibus secundũ carnem. Quãobrem q̄ sic mitterentur merito poterãt h̄sitare, quos remota penitus oi humana virtute diuine confortat, & abigit cogitationẽ dubiã, seu præuisã, aut ex seipsa cõponere volentẽ, quid loquendũ siue agendũ in iis, quæ ipsis improuise, aut repente cõtingerent, cum dicit. Nolite cogitare modũ, & verbum, qm̄ in illa hora, qua contigerit improuise, atq; inopinate corã regibus sisti, vobis p̄uidebit, sicut extitit ab æterno præuisum, & dabuntur illico modus, & verbum. Igitur nolite cõgitare quomodo, quoniã dabitur modus, vt sic moderatus sit sermo, q̄ neq; culpetur ex modico, neq; de superfluo condemnetur, vt nulli oratores, seu rhetoricis disciplinis imbuti, modificato vestro sermoni præualeant. Nam vt ex Apostolicis sententiis percipitur, Non in sapientia verbi, aut in sublimitate sermonis euangelizare Apostoli missi sunt. Et stulta mundi elegit Deus, vt confundat sapientes. Non decet Euangelium æternum habere oratoriam artem. In autoritate protinus est, non in politione verborum. Seipsa non exornatum, sermonum veritas euangelii placet. Nolite cogitare, qd loquamini, quoniam verbum proferendum ex autoritate maioris, mittentis est & non missi, quia non estis vos, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui

Nota.
Primę
Cor. pri.

stri, qui loquitur in vobis. Nolite cogitare, quid loquamini ex propriis vestris, quia omnis homo mendax, sed patris Spiritus veritas est: nolite cogitare, quid loquamini, nam & Apostolus ait, Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis tanquam ex nobis, sed omnis sufficientia nostra ex Deo est. Spiritus quidem patris præter humanam, aut habitam in corde cogitationem, seu præuisionem, infundit in lingua, quod expedit, & inspirat quod vult, quando vult, quibus vult, vbi vult, pro quibus vult, & erudit ne in verbis erretur, & agit in auditoribus, vt delectet. Non ergo præmeditandum de modo, neque de modo, neque de verbo, vt nemo in seipso aliquid boni fecisse gloriatur, neque animas commouisse politione verborum, aut efficacia præcogitandi, quoniam agit semper veritas Spiritus sancti, vt plus in cordibus audientium sermo incultus faciat, quam exactus. Ad ineffabilem altitudinem pertinet dignitatis, quæ Spiritus sanctus in humana lingua loquatur, & non seipsa, sed ipsa per ipsum, à quo est omnis bonitatis effectus, sine quo nullus profectus. Et quis aperiat quibusque; aperiat sensus, vt intelligant scripturas declarat ipse Simon, dum in libro de resurrectione Domini Saluatoris, exponit illud Lucæ, Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Solus (inquit) Deus potest sensum homini aperire, vt alta intelligendo conspiciat. Non autem omnibus Deus intellectum aperit: sed iis, qui auulsi sunt à sterilibus scientiis, & delectationibus prauis. Sic enim Dominus per Esaiam dicit. Quem docebit scientia, & quem intelligere faciat auditum? Ablactatos à lacte, auulso ab vberibus. Sæpe autem, quæ daturus, & quibus est pro tempore, atque loco reseruat, prout dum

Secundæ
Cor. 4.

Cap. 24.

Cap. 28.

C A P. X X I I

erant Israelis filii in Ægypto , vt intelligerent sen-
 sum eis non aperuit, quousq; illos diuifos ab impro-
 bis suo ducatu in manu Moyfi per deferta transfu-
 Cap. 29. xit. Iuxta quod in Deuteronomio legitur. Et non
 dedit vobis Deus cor intelligens, & oculos viden-
 tes, & aures, quæ poffent audire vsq; in præfentem
 diem . Malorum quippe focietas sæpe fecit dona
 differri diuina , & loca deliciarum incolas fuos di-
 uinis muneribus priuauerunt, difsecari à malis , &
 agrestis hominum vita procurauit intelligentiam
 arcanorum . Et iuste precanti dedit Dominus cor
 intelligens Solomoni .

¶ Cap. vltimum operis peroratio
 nem continens .

EX his ergo fatis conftare arbitror (vere Iefu
 Christi fideles) fententiam, quam vobis pro-
 bare institui, veram effe , & luce clara clariorem: cui
 fi quis aduerfari contéderit, is Iefum Christum, apo-
 ftolos, & doctiffimos illos , atq; orthodoxos patres
 immaniffimis blafphemiis fectari compertum ha-
 beat . Definant igitur fuperciliofi, & arrogantes ifti,
 diuinarum rerum prorfus ignari, me acrius fuis ma-
 ledictis torquere , quos per Iefum Christum obfe-
 cratos velim, vt calamum fumant , & aliquid in lu-
 ce edant : fi forte me à veritate aberraffe cognoue-
 rint : ego enim edo libellum hunc , vnde mecum
 agere facilius poffint: Nec me profectò pigebit, quo-
 ties ifti aliquid in me fcripferint, toties in eorum fcri-
 pta infurgere : Et Deo opt. maximo bene iuuante,
 infudare : Donec lux illa , quæ illuminat omnem
 Ioan. pri. hominem venientem in hunc mūdum, corda eor-
 cap .

rum tenebrosa, & operta vanarum scientiarum caligine, illustret, vt & ipsi aliquando dicere possint. In lumine tuo, (non autem Plat. & Aristo.) videmus lumen. Accipite igitur Christi Iesu cultores libellum hunc ex ambabus illis Ezechi. rotis, & sanctissimorum patrum autoritatibus excerptum, & licet libellus hic quid vobis exiguum in presentia fortasse videatur: fieri tamen aliquando poterit, vt ingens vobis appareat: si ex assidua eius lectione, cum superciliosi, tum prædicatores, qui tandiu à veritate euangelica aberrarunt, relicto Aristote. & Plat. aliisque gentilium figmentis, quæ Iesu Christi doctrinam, non minus indocte, quam impie foedarunt, spiritu veritatis aspirante, sanctarum scripturarum puritati totis viribus adhæserint. Quapropter finem dicendi faciam, sed omnes in primis libelli nostri lectores commonefaciam: vt siquid in eo minus recte dictum offenderint, id mihi ascribendum esse non dubitent: meque charitate illa christiana, quæ magna in omnibus esse debet, corrigant, castigentque. Si vero boni quicquam, & quod piis christianorum mentibus fructus pariat pertulerim, id Deo opt. maximo tribuant. cui honor, gloria & imperium, in secula seculorum. Amen.

C Finis ad laudem Dei & omnium sanctorum. Paduæ in Cœnobio Fratrum Eremitarum XIII Kalen. Augusti.

SERIES L I T E R A R V M .

a b c d e f g h i k l m n o p q .

Omnes quaterniones, præter q̄ duernionem.

Stephanus Sabienſis Venetiis excudebat

anno M D X X V I I .

menſe Martio .



THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY



UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

nutraq fortuna fortune memore
esto



Franciscus Lambertus

